

PETRI VELLEII
GVEVARAE AD TITVLVM
de officio præfidis Com-
mentarius.


*Ad illustrissimū Didacum Espinosam, S. R. E.
Cardinalem, Episcopum Seguntinum, suprema
curiæ Præsidem optimum, atq; in Hispanijs
hæreticæ prauitatis maximum
quæsitorem.*



SALMANTICAE.
Excudebat Mathias Gastius.
1569.

PETRI VELLEII
GVEVARAE AD TITVLVM
de officio præfidis Com-
mentarius.

*Ad illustrissimū Didacum Espinosam, S. R. E.
Cardinalem, Episcopum Seguntinum, supremam
curiæ Præsidem optimum, atq; in Hispanijs
hæreticæ prauitatis maximum
quæsitorem.*




SALMANTICAE.

Excudebat Mathias Gastius.

1569.

IL LVSTRISSIMO DIDACO
Espinosa, S. R. E. Cardinali, Episcopo Seguntino,
suprema curia Præsidi optimo, atq; in Hi-
spanijs hæreticæ prauitatis maximo
quæstori. Petrus Velle-
ius Guetara.
ra. S.

 Vo si ingenio vel ex hoc intel-
liges. Ab ignotis quotidie tibi lite-
ræ redduntur, nec quisquam est
qui se aliquem esse velit, qui tibi
de isto statu non fuerit gratulatus: Ego qui à
te cùm esses Salmanticæ, tam sum benignè,
& clementer acceptus, vt te in celsissima se-
de dignitatis collocato, bene sperare possem,
nec adulus sum istam fortunam, nec admi-
ratus. Non quod, aut studiorū præmia, quæ
suspiciere solent alij contemnam: aut te affa-
bilitatē illam pristinā & morum suauitatē,
cum honoris gradu verear commutasse, sed
quòd illa si quis magnopere expetat, virtute
& literatura, nō verbosis epistolis & frigidis
salutationibus ambire oportere, semper iudi-
A 2 cauerim.

cauerim. A te maximè qui (vt apostolicã sedẽ facere Gregorius ait) in mādandis magistratibus, prouidere negotijs intendis, & non personis quibus eadem committuntur. Quod verò te Philippus rex noster inuictissimus, gubernacula reipublicæ tractare, clauūq; tanti imperij tenere voluit, nō id præter opinionem incidit, aut insperatum. Daturum enim illum, similem sibi vicarium, omnes expectabamus: te autem dari, præclarę tui animi, & naturæ dotes pro suo iure postulabant. Sane ego cūm ex iurisperitorum responsis, scriptisq; philosophorum, præsidis munera, & officia tracto, à te ea omnia, non qualia in usu, vitaq; communi sunt solū, sed qualia finguntur aut optantur, abundè præstari cerno. Itaque laborem hūc meum, tuo nomini, atq; auctoritati adiungi, voluntarium quidẽ fuit, atque etiam necessarium: vt si quod officium, eorum qui præsunt alijs, ab ijs qui de ea re diligentissimè scripserunt, prætermisum fuit, eius à te ratio, quasi ab exemplo iustitiæ & æquitatis exprimatur. Vale Salmanticæ Kalen. Februarij.

PETRI VELLEII GVEVARAE AD TITVLVM D.

de officio præsidis

Cōmentarius.

Digestorum lib. I. De officio præsidis titulus XVIII.

QUOD Accursius hoc loco ait, nunc de clarissimis incipit tractare: nam Præses est clarissimus: vt. C. de priuat. carc. l. i. ab eodẽ explicatur, in. l. qui indignus, supra de senatoribus. Sunt, inquit, multi ordines, alij maiores, alij minores. Est enim maior superillustris, secundus illustris, tertius spectabilis, quartus descensiuus est clarissimus. Isidorus quoq; lib. 9. etymolog. c. 4. scribit. Primi ordines senatorum dicuntur illustres secundi spectabiles, tertij clarissimi. Latius inferius quartum aliquod genus nō est. Et Sidonius Apoll. lib. 8. epist. ad Namatium. Flavius Nicetius vir ortu clarissimus, privilegio spectabilis, merito illustris. Sunt autem legenda harum rerum curiosis, que Casiodorus scripsit lib. 6. variar. lect. in formula illustratus, et lib. 7. in formidlis spectabilitatis, et clarissimatus. Quia verò hac aliter initio im-

perij, multo aliter eo labente, se habuerunt, videant studiosi, qua apud *Uolfgangum Lazium* lib. 2. *Comment. reip. Rom. cap. 1. §. 6.* relata sunt.

- 2 Vnde quod *Cuiacius* in *l. de quis officialium. C. de decurionibus, §. filijs eor. lib. 10.* notat, praesides subiectos fuisse praefecto *Prat.* (si modo id verum est) *Iustiniani* aetate intelligendum est. Nam *iuriconsultorum* (ex quorum libris *pandectae* constant) temporibus, maior erat praesidii auctoritas, nouissimis constitutionibus, ut *Antonius Vacca* scribit, imminuta est.

I. *Macer* libro de officio praesidis primo.

Praesidis nomen generale est, eoq; & proconsules, & legati *Caesaris*, & omnes prouincias regentes licet senatores sunt, praesides appellantur, proconsulis appellatio specialis est.

- 1 Praesidis nomen generale est. Praeses qui, ut ex *Valla* *Corasius* ait, inde dictus est, quod gubernanda prouincia praesit, & in genere capitur, et in specie, ut *Forcatulus* probat dialogo 60. *Necyomantis*, num. 1. Sic etiam consulis, & pratoris appellationem, omnibus magistratibus communem olim

olim fuisse, quod consulerent, aut praerent, *Connarus* scribit, lib. 2. *comment. iuris ciui. c. 4. num. 11.* Et si verò praesidis nomen adeo generale fuerit, ut omnibus penè magistratibus conueniret, legatos enim, & *Proconsules*, & ipsi praef. pra. praesides appellare licet, tamen si accuratius inspexerimus, praesides proprie *Romano* populo illos fuisse reperiemus, qui ab *Augustis* ad prouinciarum administrationem deligebantur, earum scilicet, quae minoris dignitatis essent, nec tanta amplitudinis, ut iusta possent regna constituere. Nam *Alciatus* libro. 3. *parerg. cap. 3.* & *Roscius* libro. 3. *memorabiliu. cap. 9.* obseruatum, inquit, fuit, ut qui à populo mitterentur, praetores appellarentur, qui à senatu, proconsules, qui verò à *Cesaribus*, praesides, vel *Caesaris* legati. Fuereq; ex *Augusti* formula, certa populo prouincia assignata, alia senatui, alias *Cesar* ipse sibi reseruauit, prout lib. ult. *Strabo* attestatur. Quis autem magistratus nunc praesidi maxime respondeat, *Forcatulus* dialogo. 60. ex *Budae* sententia, praesides instare eorum, quos *vicereges* vocamus, habere ait. *Corasius* contra *Budaeum* probat: ait enim ad *vicereges* rei tantum bellicae, militarisq; curae peruenire.

cum tamen olim ad praesides forensium quoque negotiorum tractatio spectaret. Verum eam mentionem non mouet, didici enim ex Platonis Parmenide, Aristotele lib. 10. $\pi\epsilon\iota\ \tau\omicron\iota\ \mu\epsilon\tau\alpha\ \tau\eta\ \sigma\upsilon\upsilon\tau\eta\ \epsilon\sigma\tau\iota$ Cicerone lib. 1. de inuentione, comparabile esse, quod in rebus diuersis, simile aliquam rationem contineat. Quod ad nos attinet, Oroscii proconsulibus vicereges, praesidibus gubernatores, similes esse arbitratur. l. 2. tit. 14 part. 4. Estos son de los que son llamados en latin praesides prouinciarum, que quiere tan to dezir en romãce, como adelantados de algunas tierras. Quae uero fuerint praesidales prouinciae, nec cum ab historicis fuso sermone scribatur, libet transcribere, nec adeo uerbosus studemus commentarios facere, ut aliquid, quod ad nostrum institutum non sit necessarium, recensendum ducamus. Satis constat ante constitutum imperium, praesidis nomen generale omnibus prouinciis regentibus fuisse, eo uero constituto, & praesidis nomen generale esse, et praesidatum, magistratum quendam esse a ceteris distinctum. Itaque uerisimile est, praesidum, ueluti Pamphilum, & Lycium (hi enim erant propria praesides, solo Augustorum arbitrio ascritti) potius quam uel Casarem proconsulis, uel Tingi

tania

tania Propratoris, à Iustiniانو hoc titulo munerata, traditi, quanquam tam aqua sunt, quae praecipitur ut omnibus bene conueniant. Nisi forte quis Bartolo credat, in l. multum interest. ff. de verb. oblig. dicenti. Isti alex non habuit respectum ad Iudaeum, uel haereticum, uel de christiano, cum isti condentes iura digestorum erant pagani, cum leges fuerint factae per trecentos annos. antequam Christus ueniret, uel plus. Et Accursius quoque, in l. pridie. ff. de ferijs, Christum, ait, uel Ulpiani aetate, in uirginem non uenisse. Ex quibus sequeretur eo tempore non constitutum imperium, atque inde, de praesidibus prouinciarum hic non agi. Ego Iustinianum Imperatorem qui ueterem iurisprudentiam, multis ante uoluminibus sparsam, in quinquaginta libros pandectarum redigi mandauit. Tribuniano Quaestori sacri palatii, ita iussisse scio, in l. 1. C. de uet. iur. enucl. lubemus igitur uobis antiquorum prudentum, quibus auctoritatem conscribendarum, interpretandarumque legum, sacratissimi principes praebuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes, & legere & elimare, ut ex his omnibus materia colligatur, nulla, secundum quod possibile est, neque similitu-

A s dine,

dine, neque discordia derelicta. Sed ex his hoc colligi, quod vnum pro omnibus sufficiat. Sic ille. Sed ante tempora Augusti auctore Pomponio, in. l. 2. ff. de orig. iur. publicè respondendi ius, non à principibus dabatur, sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant. Primus Diuus Augustus, ut maior iuris auctoritas haberetur, constituit ut ex auctoritate eius responderent. Igitur quo tempore digestorum iura condita, & ex quorum iurisconsultorum responsis constant pandectæ, non rectè à quibusdam animaduersum est.

7 Proconsules. Ante Augustum, deincepsque proconsules dicti consulares viri tantum. A Constantino ad Iustinianum, proconsules dicebantur, non solum consulares ad regendas provincias missi, sed quicumque cum dignitate consulari mitterentur, & id Corasius & Eguinarius probauerunt.

8 Legati Cæsaris, Qui sint, quos etiam præsidis nomine contineri dixit iurisconsultus, operæpretium erit videre. Ac primum legatos fuisse satis constat, qui ad res inspiciendas à senatu, siue

siue cum mandatis, exempli gratia, ad reges externos mittebantur, indicturi bellum, vel ad pacem hortaturi dubitantes. Factum est postmodum, imperio extra Latium propagato, ut consules, proconsules, prætores sortiti provincias siue exercitum educentes, suos quoque sibi legatos adsciscerent, quorum opera in legionibus gubernandis, legationibus obeundis, vicibus interdum supplendis utebantur, si vel separare exercitum opus esset, vel auocari Romam Imperatorem contingeret. Erant etiam legationes liberae titulares, quando quis solo nomine legati, veluti ornamento quodam decoratus, ab urbe discedebat, non magis in hac, quam illa provincia legati munere functurus, sed propria potius, ubi sibi esset commodum, negotia gesturus. De qua legatione sunt apud Ciceronem nonnulla libr. 15. ad Atticum, & in orat. pro L. Flacco, & Philipp. 1. Factum est deinceps labente, & imperio, & tempore, ut ijs provincijs, quæ vicinæ poterant legione defendi, vel ad summum duabus, non alij magistratus, quam earundem legionum legati, mitterentur, qui & legationi præessent, & provincia, in qua legio excubabat,

ius redderent. Atque hoc ordine longo tempore, plurimæ sunt gubernatæ provincie, interq; reliquas Beticæ, hispania nostræ ditissima, & frugalissima pars. Dicebantur autem hi, legati provinciarum consulares, non quod consules extitissent, sed quod ornamentis consularibus, insignisq; fuerint ab Augustis decorati. Erant quoque inter tot legatorum ordines, legati quidam, ceteros honore & dignitate precedentes, Augustales dicti. Horum quidam legati Augustales militares dicebantur, qui in commitatu Augusti, & ijs exercitibus, quos imperatores ipsi ducebant, eo munere fungebantur. Alij legati Augustales consulares appellabantur: qui & ornamentis consularibus erant ornati, & Augustalibus provincijs præsidebant, quarum sibi administrationem Casares Augusti, absque senatus decreto, populine iussu retinebāt. Quales Syria, Pontus, Hispania, Germania, aliæq; erant. Apud iuris pontificij interpretes, alia est legatorum distinctio. Illi enim, legatos à latere appellant Cardinales, qui à Papa latere in certam provinciam destinantur. Eos verò qui à sede apostolica mittuntur, non ex pontificis latere assumpti, ius ipsum legatos

legatos simpliciter, glossographi, missos legatos vocant. Eos autem qui suarum prætextu ecclesiarum, legationis sibi vendicant dignitatem, nova dictione, natos legatos dicunt, quod quasi nascantur legati, dum illis ecclesijs præficiuntur. Quo nomine episcopi omnes videntur deinceps cœseri posse, cum tot in causis, ut sedis apostolicæ legati, concilij Tridentini decreto procedant.

Licet senatores sint. Ex eo ordine præsides eligi plerumq; solitos, ex lib. 53. Dionis Corasius, & Vacca probant. Hotomanus aut in descriptione magistratū Rom. legit, licet senatores non sint.

Proconsulis appellatio specialis est. Eis tamē communis, quibus idem quod consuli liceret. Caius lib. 1. instit. titu. 1. de statu hominū. Cives Rom. sunt qui his tribus modis, id est, testamento, aut in ecclesia, aut ante cōsulem fuerint manumissi. Consulem appellat omnem magistratum apud quem manumittendi ius esset.

II. VLPIANVS libro vicensimo sexto ad Sabinum.

Præses apud se adoptare potest, quemadmodum & emancipare filium, & manumittere seruum potest.

I In. l. x. infra. isto titu. iuriscōsultus ait. Ex omni-
 bus causis de quibus, vel præfectus vrbi, vel
 præfectus prætorio, itemq; cōsules & præto-
 res, ceteriq; Romæ cognoscunt, correctorū
 & præsidum prouinciarum est notio. Vnde
 illud apparet, ius pratoriu præsidibus æquè, ac præ-
 fectis prætorio, proconsulibus & legatis dari. Cu-
 ius rei testis est Cornelius Tacitus lib. 2. hist. Au-
 gusta, & Vopiscus in vita Probi. Accepto, inquit
 hoc senatusconsulto, secundum orationem permi-
 sit patribus, ut ex magnorum iudicum appellatio-
 nibus cognoscerent, proconsules crearent, legatos
 consulibus darent, ius pratorium præsidibus da-
 rent. Deinde labente imperio, hoc ius pratorium
 à magistro officiorum præsidēs solitos accipere,
 2 Casiodorus ait lib. 6. variarum. Neque verò præ-
 tores seruis libertatem solum dabant, sed & om-
 nis liberalis causa apud eos agebatur, ut est de Vir-
 ginio exemplum in. l. 2. ff. de orig. iur. Quod mu-
 nus demū ad tabullarios prouinciales peruenisse,
 ut de liberali causa cognoscerent, scribit Capito-
 linus in. M. Casare. Per prouincias, inquit, tabulla-
 riorum publicorum usum instituit, apud quos idē
 de originibus fieret, quod Romæ apud præfectos
 ararij,

ararij, ut si fortè aliquis in prouincia natus cau-
 sam liberalem diceret, testationes inde ferret.
 Vnde intelligimus, primò liberalem causam Ro-
 ma, uno tempore apud urbanos prætores, alio
 apud præfectos ararij agitari solitam. Deinde
 dum ait, si fortè aliquis in prouincia natus, vi-
 detur significare, causam liberalem, eam apud
 Tabullarios prouinciales agi, quæ prouinciali mo-
 ueretur, non quæ alicui ciui Romano in illa for-
 tē prouincia constituto. Si quidem Romanos
 ciues, etiam extra urbem, in exteris prouincijs eo
 iure, & prerogatiua fuisse, ut non ab extraneis
 magistratibus, sed ab aliquibus Romanis iudica-
 rentur, quos ciuium curatores nuncupabant, ple-
 riq; tradunt historici, & ex Cicerone satis con-
 stat lib. 5. ad Atticum epistola 21. Q. Volu-
 sium, inquit, tui Tiberij generum, certum ho-
 minem, sed mirificè abstinentem nisi in Cy-
 prum, ut ibi pauculos dies esset, ne ciues Ro-
 mani pauci, qui illic negociantur, ius sibi dictum
 negarent, nam euocari ex insula Cyprios non
 licet. Quæ omnia de pratoris iure eo dicta fue-
 rint, ut huius legis prerogatiuam, à prætoribus ad
 præsidēs

8 habebit ista duplicia. Quam sententiam multis
 argumentis confirmat ibi Felinus. nu. 1. §. 2. §. di
 9 sputat Zabarella cōs. 53. Casus talis est. Quod ar
 bitror notandum doctoribus in utroq. iure volen
 tibus, duplicibus distributionibus, seu propositis, ita
 enim vulgò dicuntur, frui §. honorari. Secus verò
 est in insinuatione donationis excedentis quingen
 tos solidos, quae corā ipso donante, quavis apud eū
 legis actio esset, insinuari nō posset, ea ratione, quia
 cum insinuatō ob id requirat causae cognitionē, ne
 dolo, fraude, vi, metuue donatio fiat, si apud donā
 tem donatio insinuetur, eadem fraude, vel dolo
 quibus inducitur ad donandū, suaderetur §. insi
 10 nuare. Nec obstat argumentū cui Bart. nō respon
 det in l. si pater fa. §. fin. ff. de adopt. ille namq. tex. nō
 loquitur in emancipatione, sed in arrogatione po
 tius, in qua cum causae cognitio requiratur, apud eū
 de iudicē fieri non posse credendū est. neq. videmus
 facultatē hanc cōsuli, proconsuli, praetori, neq. prae
 senti oēm fraudis suspicionem tollat, causa cogni
 tio nō requiritur. Ea est siquidem inter arrogationē
 et adoptionem differentia, ut in l. 2. ff. de adop. dici
 tur, quod principis auctoritate adoptamus eos, qui
 suis

sui iuris sūt, quae species adoptionis dicitur arrogā
 tio: imperio verò magistratus adoptamus eos, qui
 sunt in potestate parentis, quē filiorū cōmodis satis
 cōsulturū, a quō est credere. Hinc etiā oriri solet illa
 disputatio, quādo tabellio de facto proprio possit cō
 11 ficere instrumentū, §. quando iudex, idēq. notari
 possit scribere acta corā se. Qua in quaestione cum
 multa sint ab interpretibus tradita, nos digitos ad
 fontes intendere satis sit eū examinant Bart. in l.
 iubemus. §. sanē. C. de S. S. eccles. §. in l. seruus cō
 12 munitis. ff. de stipul. seru. Bart. §. Alber. in d. l. si cō
 sul. Paton. §. Fel. in c. ex literis, de probat. Qui
 bus cōfirmare videretur Baldi sentētia in d. l. si cōsul
 ubi ait, comitem sacri palatii, posse legitimare filiū
 suum corā se ipso, quod nonnulli sequuntur. Sed est
 quod dubitemus, cū ex r. per venerabile, iuncta ibi
 gl. in parte, gratiā probari videatur, neminē posse
 propriū filiū legitimare, quāvis alienos possit: et ut
 Ias. in l. qui iurisdictioni col. 2. nu. 9. ff. d. iurid. om.
 in cōsiderat aduersus Baldū, cum in legitimatione
 requiratur causae cognitio, parentē ipsum, cognitio
 nis iudicē esse nō decet. Vel ob id solum quod pater,
 13 si eā ex qua legitimandum genuit, accipere in uxore
 rem potest, absq. tali matrimonio nō datur, filiū illū
 posse

posse fieri legitimū, ut notatur in auth. quibus mod.
natur. eff. §. si quis ergo. collat. 6. Quod dicit mira-
bile, & non reperiri alibi Bald. in c. illud. num. 3. de
presumpt. Sed quandoquidem idem Iaso. in l. est
receptum. col. 3. num. 8. ff. de iurisd. omn. iud. sibi nō
constans, secundum Baldū videtur iudicare, ideo
hanc rem commodiori loco reseruemus.

14. Et manumittere seruum potest. Nisi mi-
nor sit viginti quinque annis, qui apud se non manu-
mittit, nisi causa probata apud collegam, Corasius
& Eguinarius: apud quos pro xxv. legendum xx.
certum est, cum afferant. l. 1. ff. de offi. cons. ubi ita
scriptum est. Sed si euenerit ut minor viginti
annis consul sit, apud se manumittere nō po-
terit, cum ipse sit qui ex senatusconsulto con-
sili; causam examinat, apud collegam vero cau-
sa probata potest. & in titulis de manumissio-
nibus, & de manumissis vindicta, idem scriptū est.
Videmus illud de consule dicitur, quod ad praesidem
isti sine distinctione transfexunt. Itaque vellemus ut
paulo apertius loquerentur: consulis enim consu-
lem collegam noui, praesidis, quem dicant colle-
gam, non noui.

III. Paulus libro tercio decimo ad Sabium.

Præses

PRæses prouinciæ in suæ prouinciæ homi-
nes tantum imperium habet, & hoc dum
in prouincia est, nā si excesserit priuatus est.
Habet interdum imperiū & aduersis extra-
neos homines, si quid manu cōmiserint. Nā
& in mandatis principum est, ut curet is qui
prouinciæ præest malis hominibus prouin-
ciā purgare, nec distinguitur vndē sint.

Nā si excesserit. Festus excedere, egredi, atq;
ita passim apud auctores. Cruceus hoc loco, excede-
re, decedere significare putat, & quasi imperium
deponere. Quod non improbo: nam & eo sensu à
Vergilio dictum videtur, tum quos amisit inultus
amores, & stabula aspectans regnis excessit auitis.
et cum reuersus excessit praeses, voluntariā iuris-
dictionem, etiam extra prouinciam exercet, & in
his qua ad contentiosam pertinet, extra prouinciā
constitutus, iudices intra prouinciam dabit.

Priuatus est. Priuatos eos latinè dicimus, qui
sine potestate vel imperio sunt. Atq; id apud Cicero
nē pro P. Sestio significatur. Pro me uno ciue, et ho-
nos omnes priuato consensu, & uniuersum senatū
publico consilio mutasse vestem: & in oratione de
Arusp. resp. Tua tū tua Cn. Lentule, eadē virtus
B 3 fuit,

fuit, quæ in privato quodam tuo proano. Scipionem Nasicam intelligit, qui propria auctoritate, cum nullo fugeretur magistratu, Gracchum seditiosum trib. interfecit. Et lib. 1. de inuēt., ubi de confirmatione agitur, in fortuna quari oportere docet, seruus sit an liber, pecuniosus an tenuis, priuatus, an cum potestate.

- 3 Nam si excefferit priuatus est. Corasius et Orosius scribunt, hoc ita verum esse, ut tamen voluntariam iurisdictionem retineat, et in his quæ contentiosæ iurisdictionis sunt, iubeat iudicare. Nam quæ uis extra provinciam sibi demandatam contentiosam iurisdictionem non exerceat, secus in voluntaria est: quæ statim, quam urbem egressus fuerit, habere, ut manumitti apud eum possint, tam liberi, quam serui, et adoptiones fieri, docet. l. oēs. ff. de off. procōs. Vacca in. l. 17. infra isto tit. contra putat. Quinimo procōsulem postquam ei successum est, nec in ipsa provincia voluntariam iurisdictionem retinere, probari eo capite censet, ubi Celsus ait. Si forte præses provinciae manumiserit, vel tutorem dederit, priusquam cognouerit successorē aduenisse, erunt hæc rata. Quamquam Ulpianus in. l. fin. supra de off. procōs. dicat, procōsulem postquam a Roma ingressum deponere imperium. Ego discretionem temporum, et personarum, ex
plicari

plicari hæc cōiunctio, quæ tam inuoluta uideantur. At primum proconsul, de quo l. omnes, et l. fin. et præses de quo hac. l. et. l. 17. non tam sunt pares, ut quid quid ualeat in altero, ualere quoque in altero, à dictis interpretibus putandum fuerit. Deinde non debet is, qui cum sibi successum sit, excessit, putare ea se posse exercere, quæ provinciam obtinens, etiam extra illam exercebat: id enim magistratibus, non priuatis concessum est. Prætereā non si in provinciam proficiscens habet iurisdictionem voluntariam, iccirco et decedens, eandem exercet potestatem: multum enim differt, cum potestate ne quis, et ditione mittatur, an ab imperio, et administratione euocetur. Quod ut melius intelligatur, operæ pretium erit videre, quid illud sit, quod in. l. oēs dicitur, statim quam urbem egressi fuerint. Arbitror enim de ea perfectione agi, quando proconsules à senatu ad portam usque ingenti celebritate deducebantur, ut est auctor Cicero in oratione in. L. Pisonem, et Liuius lib. 2. Dec. 5. dicens. Per hos forte dies P. Licinius Cos, uotis in capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe profectus est. Sæpe quidem eares cum magna dignitate, ac maiestate geritur: præcipue conuertit oculos, animosque cum ad magnam, nobilemque, aut uirtute, aut fortuna hostem, euntem consulem prosequuntur. Et iterum idem

*Liuius lib. 4. Dec. 5. inde, inquit, et cōsul & prator
 Cn. Octavius in Macedonia profecti sunt. Tradi-
 tum est memoria, maiore quā solita frequentia
 prosequentiū, cōsulem celebratum. Quem morem
 seruat adhuc hodie sanctissimum Cardinaliū col-
 legium, ut si quando à summo pōtifice, quiuus eorū
 mittatur legatus, ceteri eundē ad portam usq; pro-
 sequantur, ubi felicem & profectionem precantur,
 & reditum. Et ita vidi fieri anno secūdo pontifica-
 tus Iulij tertij pontificis maximi, qui cū ad Tri-
 dentinā synodum, reuerendissimū Cardinalē Cre-
 scētium, legatum mitteret, ceteri senatores, eundē
 magna frequentia, ad portā usq; Diui Petri pro-
 sequuti sint. Quod ad cōtētiosam iurisdictionē at-
 6 tinet, distinguere oportet, vel enim præsides extra fi-
 nes mādāt & sibi prouincia cōmorāte, rei etiā extra
 prouinciā posita, iudiciū ab eo quaritur, & tunc, ut
 in l. fin. ff. de iurisd. om. iud. dicitur, extra territorii
 ius dicenti, impune non paretur. Idemq; est si supra
 iurisdictionem suā velit ius dicere. Quae sentētia
 multipliciter ibi ab interpretibus, praecipue Iasone,
 & Vldarico Zasio, extenditur, & limitatur: non
 meae sunt partes aliorum dictis, & opinionibus leui
 occasione totum volumen implere. Vel iudice exi-
 stente*

stente in prouincia, de re ipsius prouincia quaritur,
 & tunc ut ab Vlpiano in l. seq. dicitur. praeses
 prouinciā maius imperiū in ea prouincia ha-
 bet omnibus post principem, & in l. 11. dicitur.
 Omnia prouincialia desideria, quae Romae
 varios iudices habent, ad officiū praesidis per-
 tinere. Vel apud praesidem extra prouinciā de pro- 8
 uinciali re disceptatur, qua in specie dicendum est,
 praesidem extra diacesim, ius dicere nō posse, bene ta-
 mē delegare alicui causam, qui intra territorii ius
 dicet, arg. l. fin. ff. de offi. praef. vrb. ubi Vlpianus ait:
 Praefect⁹ vrbi, cū terminos vrbis exierit, po-
 testatē nō habet extra vrbe, sed iubere iudica-
 care potest. Quod dicit esse satis mirabile Zasius
 in l. fin. ff. de iur. om. iud. in. 5. limitat. & ad multa
 similia transferūt interpretes. Inde quaritur apud 7
 Albericum & Baldum, si potestas est in exercitu
 extra territorium suum, vel rex cum gētibus suis
 in trāsitu ultramarino, utrum possint subditos de-
 linquentes punire: & posse quidem responderunt,
 quia vniversitas videtur ducis sui iurisdictionem
 prorrogasse, sine qua bellica res geri recte nō posset;
 arg. text. in. c. 1. de off. deleg. et. l. 2. ff. de iurisd. om.
 in. ubi Iacobemus ait. Cui iurisdicō data est, ea
 B 5 quoq;

quoq; cōcessa esse videntur, sine quibus iurif-
dictio explicari nō potest *Quod et ipse puto p-
bandū, et sentire videtur Cicero Philip. 11. dū ait,
quācūq; in prouinciā belli gerendi causa aduene-
rint, ibi maius imperiū imperatorū, et procōsulum
esse, quā eius erit, qui eam prouinciam obtinebit.*

- 8 Habet interdū imperiū & aduersus extra-
neos homines. Nēpe quia rōe delicti posse quen-
quam ubi peccauit, imo debere ibi et merita penas
luere, equitas suggerit, quā prob. et. l. 1. C. ubi sen.
vel clarif. dū ait. Quicūq; nō illustri, sed clarif-
sima dignitate præditus, virginē rapuerit, vel
fines aliquos inuaserit, vel in aliqua culpa, seu
crimine fuerit deprehēsus, intra prouinciā in
qua facinus perpetravit, publicis subiugetur
legib⁹, nec fori præscriptione vtatur: omnē. n.
huiusmodi honorē reatus excludit. *Qua in di-
spōsitione intelligendū est, publicis legibus, eiusdē. s.
prouinciæ, ut Bart. et Bald. aiunt, nō publicis, id est
civilis, seu vniuersalis iuris. Est autē huius dispo-
sitionis multiplex ratio. Prima ex Cassiodoro lib. 6. va-
riar. in formularectoris prouinciæ, facile potest col-
ligi, dū ait. Omnino provide decreuit antiquitas, iu-
dices ad prouinciā mitti, ne possit ad nos veniendo
medio-*

mediocritas ingrauari. *Quis. n. latronū ferret au-
daciā, si longè positā cognoscerent disciplinā? Ab-
solutè poterat vis pmissa grassari, si cōquerētes tar-
dius crederetur audiri. Sed quātō melius in ipsis cu-
nabulis adhuc mollia reprimere, quā indurata cri-
mina vindicare? In cōpendiū mittimus mala, si præ-
sentia facim⁹ esse iudicia. Quis. n. audeat peccare,
cū supra ceruices suas distractionē cognouerit imi-
nere? hac Cassiodorus. Sed et illa quoq; cōgrua ratio-
nes sunt: prima propter dignitatē iudiciorū, et legū.
Videtur siquidē nobis fieri iniuria, cū domi nostra,
nobisq; presentibus peccatur. Altera, ut quibus deli-
ctō peccādi exēplū datū est, eis dē et animaduersionis
seueritas ostēdat, ut, metuq; pena, delinquēdi cu-
pidinē et libidinē deponāt, quā ex alieno peccato p-
ceperūt. Atq; his cōsonat, quod à Platone præcipi-
tur li. 9. de legib⁹. Si in foro id cōtigerit, inquit, ibidē
à venaliū rerū curatorib⁹ puniatur: in alijs partibus
urbis similiter ab adilib⁹, qui presentes fuerūt. Eodē
modo extra urbē in agro, ab ijs qui curādis agris tū
præsident. Et rursus li. 11. ait. Qui primus inspexit, iu-
dicib⁹ indicet. Ac si in urbe delictū est, adilib⁹, sin. ve-
rō in agro, agrorū curatoribus, eorūq; præcipibus. Si
in foro rerū venaliū, earū curatoribus id significet.*

De remissione in delictis facienda, vel nō abundē hic Orosius, Costalius in. l. 1. suprā isto tit. Bar. et interpretū turba in. l. 1. C. ubi senat. et in. l. 1. et in auth. qua in puincia. C. ubi de crim. Auēdaño. 2 par. c. 7

9 Si quid manu cōmiserint. In alijs exemplaribus legi, si quod malū, Orosius et Cruceus animadvertunt. Sed in Florentinis est, si quid manu. Idem autem dicendum, si nō manu, sed fraude, dolo malo, verbis, aut alio modo nocitum sit. Vacca & Corasius probaverunt.

10 In mandatis principum est. Mandata principum appellat, imperatorū codicillos, quibus magistratibus forma gubernandarum provinciarum perscribatur, atq; ita hoc loco, & . l. 1. suprā de off. praef. August. Corasius & Eguinarius scripserūt.

11 Nec distinguitur vndē sint. Hinc illud deducitur, quod vulgō dici solet, ubi lex non distinguit, neq; nos distinguere oportere. Quod tamen intelligendū esse Bartolus ait, nisi lex indistinctē loquens distinguatur per aliā legē: atq; ita accipiendū quod Papinianus scripsit in. l. quasi. ff. de testib. vel nisi, ut apud Albericiū est, per rationē ipsius, vel alterius legis, dispositio necessario esset distinguenda.

Nam, ut ait Pedius, quoties lege aliquid unum
vel

vel alterum introductū est, bona occasio est, & cetera, quae tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certē iurisdictione supplere. De qua re ultra non est novum, cum. l. f. ff. de legib. tradit. pōnalla. l. a. f. m. l. quāvis. ff. de iuris voc.

III. VLP. IAN. VS. libro trigesimo nono ad edictum.

Praesides provinciarum maius imperium in ea provincia habet omnibus post principem.

Varia fuisse praesidum munera & privilegia, ex ea patet, quod omnium Roma magistratuum vice officia fungebantur. Omnia enim provinciarum desideria quae Roma variis iudicibus habebant, iudicium praesidum perrennisse, supra in l. 1. probavimus. Ad haec cum non fore, ut a senatū, sed a Caesaribus constituerentur, eos Caesares iurijuramentis decorabant. In quoque praesidum praesides aequē atque praefectos praet. et proconsules accepisse, sellaq; eadem, qua & illos sedisse, Cornelius Tacitus scribit. Et Castiodorus lib. 6. de variis informulae rectoris provincia, ait. In iurijuramentis subscriptionibus iusserūt, honoratis provincialibus inferri. Quid de te estimatum sit datur adhiberi, cum tot videntur nobiles patuisse postponi. Additur, quod

quod a principe frater vocari, et nobilitate pretio-
 2. *fratris maioris autilitatem criminum tolleret. Quod ve-
 ro in aui imperium in sua provincia habent omni-
 bus post principem, ex eo prouenit, quia semper im-
 perator, legatos suos, vel praefides in aliquam provin-
 ciam missos, consulari potestate ornabat, ut Alcia-
 tus scribit libro de magistratibus, quo maior vide-
 licet esset eorum auctoritas. Est autem proconsulis illud
 proprium, ut omnes ei in provincia cedant, reliquis
 omnibus post principem maiori, ut probatur in l. si in
 aliqua ff. de off. proc. Sed et inde, quatenus fuerit in
 provincia proconsulis imperium, potest intelligi, quod
 vel Romani imperatores, initio imperii, proconsula-
 re assumere solebant, ut angustior es fieret, ut au-
 ctor est Capitolinus in M. Casare, dum ait, post hoc
 Faustina dedit uxorem, et suscepta filia tribuni-
 tia potestate donatus est, ac imperio extra urbem
 proconsulari. Et Laetius in Alexandro, accepit,
 inquit, imperium Alexander, cum ante Caesar esset a
 Senatu appellatus, mortuo scilicet Macrino. Augustus quoque
 nomen inde recepit, addit a eo, ut et patris patriae nomen
 et ius, proconsulare, et tribunitia potestate, et ius quin-
 ta relationis, deferente Senatu, uno die assumeret.*

VILEPTANVS libro primo de omnibus tribunalibus.

Præ-

Præses provinciarum non magistratores, quod in
 iudicium iudicem iure feudare potest. *Libertorum, quibus nihil incunctis, nihil charis
 homini natura dedit, quam sit communis causa. Et
 commune periculum legunt, et blanda indulgentiam
 et exactissima diligentia satis ostendit, quam non so-
 lum post cineres, et parentum iustitiam, sed et ad
 filios fortunam pervenit, sed liberis bona patriam,
 voluntate patris, iure et legitime, et adit, nequa in-
 iuria eripiantur, severissimis legibus cavent. Vnde
 Divus Severus Cuspio Rufino, in l. Divus ff. qui pe-
 tant, tuta rescriptis, omnem me rationem adhibe-
 re subveniendi pupillis, cum ad curam publicam per-
 tinet, liquere omnibus volo. Arguitur, quod est
 magna illa tutela, curatio, et testamentorum re-
 stitutum, quae totum fere in occupatis, hincque
 similiter prouenit, quod saepe iurisconsultis fieri de-
 demus, magistratibus curam imponi, ut pupillis dili-
 genter tutores dent, et cum reliquis dadorum mores
 inquirant. Neque facultates, neque dignitas est ita
 sufficiens ad fidem, et bonam electionem, et benignos mores.
 Hinc et illud, quod ubi absum, quod iudices da-
 re possunt, decuriones dare iubetur tutores, ut boni
 modi casibus interuenientibus minorum res periclitentur.*

Ab

Ab

Ab hac demique fonte nostra legis ratio derivata est, qua tunc demum examinabimus, cum illud quod ab Ulpiano dicitur, quid significet, viderimus.

² Iudicem specialem se dare. Ego specialem iudicem, delegatum, pedarium, vel arbitrum accipio, quasi idem bene lege decernatur, quod in l. praetor. ff. de tuto. et curato. dat. ab his, sancitum est. Praetor, inquit, ipse se tutorem dare non potest, sicut nec pedaneus, nec compromissarius ex sua sententia fieri potest. Quod furis videtur verisimile, vel ex eo quod de praetore agat, de quo in l. fin. ff. de offi. prat. dicitur. Praetor nec tutorem nec specialem iudicem ipse se dare potest. Ut nihil fere aliud, illa lege de tutoribus officii videatur, quam exponere, specialem iudicem se dare, idem esse quod pedarium iudicem, vel compromissarium se constituere, de quibus postea dicemus. Quod si factum est idem in lege nostra dicendum est, quando et hac, et illam finalem de officio praetoris, eandem esse, et verbis ipsis, et superscriptione satis constat. Sunt namque ab Ulpiano lib. 1. de omnibus tribunalibus, de sumpta. Pedanei vero iudices dicebantur primi, ³ auctore Corasio in l. placet. C. de pedan. ind. quicumque, incerta causa dati, aut delegati, ut controversam

uersam litem agnoscerent, et iudicarent, idemque Brissonius, et Hotomanus probauerunt. Deinde praesidis delegati quibus minores causa committentur, ut in l. fin. C. de peda. iudic. ostenditur, dum ait, quaedam sunt negotia, in quibus superfluum est moderatorum expectari provinciae, ideoque pedaneos iudices, hoc est, qui negotia hominiora disceptant, constituendi damus praesidibus potestatem. Cur vero ita dicti sint, praedicti tradiderunt, et Alci. Parerg. iur. lib. 1. c. 41. dicens. Arbitror ex curia, seu decurionum ordine, fuisse aliquos magistratus, qui cum praeses pro tribunali cognosceret, ipsi ad pedes astant, et ex praesidis delegatione deinde cognoscerent: et iterum in l. si quis in conscribendo nu. 59. C. de pactis, assessores, inquit, qui praetori in consilio erant, et ad pedes tribunalis assidebant, si ex eius delegatione leviores causas cognoscebant, pedanei dicebantur. Merito igitur in d. l. praetor. ff. de tuto. et cura. disponitur, maiores magistratus non posse constituere se ipsos, sui ipsorum delegatos, quandoquidem a delegato ad delegatam appellare oportet. Quod si se ipsos delegarent praesides, ab eis ad eosdem appellare necesse esset, quod merito prohibetur in l.

5 eos qui. C. de appella. Et in auth. si quis litigantium C. de epis. aud. Atque hac eadem ratio est, cur praetores, seu praesides compromissarios se non constituent. Ex eo scilicet quia cum ab arbitrio iniquo appellari possit, ut probatur in. l. fin. Et ibi per Bar. qui sat. dare, cog. Et plura de ea re Ang. Et Ioan. de Imol. in. l. fin. ff. à quib. appell. non licet, si quid à compromissario iniquè decerneretur, ab eo ad ipsum, quod non decet, esse appellandū. Vnde illud est, quod in. l. sed et si. S. si quis iudex. ff. de recep. arb. dicitur. Si quis iudex sit, arbitrium recipere eiusdem rei, de qua iudex est, in seue cōpromitti iubere, prohibetur lege Iulia: Et in. l. non distinguemus. S. qua sit. ff. eod. tit. & puto verè, inquit, non committi, si dicat ad iudicē de hoc eundem, vel in se, vel in alium compromittendū. Quem tex. notat, Et dicit notandum Roma. cōf. 338. ad hoc, quod iudex remittens partes ad arbitrium, dicitur negligens in administranda iustitia.

6 Quos fit, ut verè dixisse glo. credamus in. l. furti. S. qui iussu. ff. de ijs qui no. infam. iudicem ex officio non posse compellere partes ad compromittendū. Quod tamen intelligendum est, nisi diu litigassent: tunc enim, ut in. c. placuit 90. dis dicitur, litigato-

res

res assiduos, etiam non subditos, potest episcopus ad concordiam compellere. Quem text. ad hoc allegat glo. in. l. exquisitissimū in prin. in parte, iurisdictione. ff. de usufructu, Et commendat Barb. cōf. 24. volu. 2. quod ego ex supra dictis intelligo, assiduos ligatores posse iudicem cogere ad compromittendum, non tamen in se, argumento prad. l. sed Et si. S. si quis iudex. Nunc quare praeses, 7 pratorue, tutores sese dare non possint, cum tot legibus ostenderimus interdictum, sequitur videamus huius rei causam. Glo. in. l. fin. ff. de offic. prator, esse ait, quia cum in tutela plus sit oneris, quàm honoris, suspectus, ut Coras. Et Equinarius aiunt praesumitur se ingerens, periculumque est, ne in bona potius pupilli impetum facere, quàm illius afflictam fortunam tueri velit: quod verum puto: nam Et in. l. scire oportet. S. final. ff. de tuto. Et curato. dat. ita scriptum reperio. Semper autem maximè hoc obseruent magistratus, non creare eos, qui volunt iniicere, vel ingerere se ipsos, ut creentur. Quod si vicinis, Et agnatis prohibitum iure legimus, ne se se ingerant, ut tutores creentur, quanto minus id pratoribus licere credemus, quibus

C 2 pupillos,

pupillos, & pupillas certissimam esse praedam. C. Verres semper palam dicitabat. Minoribus enim parentum cura orbatis, magistratibus ipsis in praedam datis, quo illorum misera solitudo firmo praesidio munerari posset? Quis est, qui tueri posset illorum inermem pueritiam, contra magistratum improbitatem? merito igitur in dicta. l. scire oportet. S. eos statutum est, ne eos, qui in legatione sunt, creent tutores, vel curatores magistratus, quia secundum tempus, quo in legatione sunt, periculum ad eos non pertinet. Quo nomine. C. Verres à Cicerone lib. 3. reprehenditur, quod cum in comitatu Dolabella esset, & in demortui quaestoris locum susceptus, pupilli Malleoli tutelam per vim occupauerit, et male gesserit. Unde & secunda posset ad nostrum text. deduci ratio. Ex eo scilicet prohiberi praesidem se ipsum tutorem dare, ne si tutor expositam sibi credens minoris spoliandam fortunam, manus non abstinuerit, nullam rationem reddat, nec periculum ullum ad eum pertineat. Sed & tertiam quoque rationem ex dictis supra in. l. 2. deduci posse video, scilicet, ob id praetorem, ac praesidem non posse dare tutores se ipsos, non solum quia pupillis inde timeatur, verum quia cum fere omnia, quae ad eos perti-

nent

nent, per iudicem expediantur, & laesi ab illo restituantur, & quae in eorum commodum cedunt, ab eodem, quo firmiora sunt, confirmantur: in quibus causa cognitio est necessaria, incompatibilia, ut dicitur, hac duo videntur, ut personam et iudicis & tutoris quis gerat. Unde aliter etiam, quam supra dictum est, quod de speciali iudice hic ponitur, intelligi posse conijcio, si & tutelam, & iudicium, ad pupillos utraque referamus, ut sit sensus. Provincia praesides, atque praetores, pupillis quibus consulere debent, neque tutores se dare posse, neque iudices speciales, quos, hoc sensu, eos intelligemus, quos vulgus conservatores iudices vocat. Quem intellectum cum valde litera congruere non dubitem, opto ab eruditis admitti, suffragantur namque ei omnes supra dictae rationes. Quibus sic expositis, illud notare oportet, eum cui eligendi potestas data est, se ipsum eligere non posse. Unde illa sunt, quae Costalius affert, collatorem, se in beneficio non instituere, neque patronum se praesentare, neque se patrem filio exemplariter substituere: atque haec omnia, quia quemadmodum causa efficiens, & effectus naturaliter diversa sunt, sic & iure, quod à natura deductum constat, in producendo

C 3 effectum

effectum erga personam, produci illum ab agente, & efficiente requiritur, ne sui ipsius dignitatis causa sit quisquam, & idem efficiens, qui & effectum consequitur. Quod adeo verum est, ut etiam si quis iurauerit, se meliorem electurum, & ipse sit melior, adhuc tamen se eligere non possit. Quod multis rationibus firmat, & contraria soluit Bartholomaeus Brixienfis in quaestio. Venereis, quaest. 25. & Albericus in. l. fin. numer. 10 2. ff. de off. prat. Secus verò dicendum est, quando pluribus eligendi esset concessa copia: possent namque tunc unum ex se ipsis optare, ut aperte decretum est in. l. ubi absunt. ff. de tutoribus & curatoribus, dum ait, ubi absunt ij, qui tutores dare possunt, decuriones dare iubentur tutores, dummodo maior pars conveniat. Vbi non est dubium, quin unum ex se dare possint: & faciunt quae notat glo. in. l. planè. ff. quod cuius. uni. no. Quod intelligendum est, quantumvis in compromisso, vel delegatione non sit potestas expresse collata, ut vel unum ex se possint decernere, ut Bart. Ang. Paul. Alexand. Hostien. Archid. docent, & dicit esse communem satis probabilem Anto. de Butrio, nec non & Abb.

Abb. Panormita. Illa verò pulchra ampliatio est, quae huic rei assignari potest, id adeo verum esse, ut designati consensus numerum suffragiorum augeat, & electionem, alias numero tabellarum incertam, confirmet, ut text. ore omnium dictus singularis decernit, in. c. cum in iure de elect. dicens, Primus tuæ consultationis articulus continebat, quod cuiusdam decano ecclesiae defuncto, eiusdem loci capitulum, sub hac forma, in septem ex ipsis canonicis compromissit: ut illum, quem ex se, vel alijs, de gremio ipsius ecclesiae, omnes partier, vel maior eorum pars nominaret, idem capitulum reciperet in decanum. Vnde cum vnus ex illis septem à tribus ipsorum, & alius, qui non erat de numero eorundem, à tribus alijs in decanum fuerint nominati, requisisti, vter eorum assumi debeat in decanum. Super quo, inquit Innocen. 3. taliter respondemus: quòd is qui de numero VII. à tribus eorum dignoscitur nominatus iuxta compromissi tenorem debet in decanum assumi, dum modo electoni de se factae consentiat, & aliquod canonicum non obfistat.

Quod valde notandum esse, & in summi etiam pontificis comitijs habere locum, Hostien. Panor. ac reliqui doctores affirmant. Vnde & illa deciditur quaestio, quod plures, quibus commissum est quicquam egenis distribuendum, possunt alicui ex se ipsis partem donare, si re vera inopia cognoscatur ipsius. **II** Quid aut si uni tantum distributio deman data sit? Quid ille agere teneatur, varia est inter scribentes controversia, possit ne sibi, filijsq; suis, aut consanguineis, quicquam reseruare: diuersa di uersis sentientibus, in. l. si mandauero. §. si tibi cen tum. ff. mand. & in. c. fin. de testamen. lib. 6. & faciunt quae notat, Abb. in. d. c. cum in iure de elect. Bald. in. l. si is cui. C. de furt. Calder. conf. 31. §. 39 tit. de testamen. Roma. conf. 228. Ancharr. a. 280. & Soci. conf. 11. in. 1. part. conf. & Abb. Panormi. in. c. 1. de coh. cle. & mul. Ego vero admodum in teresse arbitror, nota fuerit, nec ne testatori execu toris inopia. Quis enim dubitet, si testator egenum, & necessitate laborantem eum crederet, cui bono rum suorum partitionem committit, subuenturum potius fuisse amico, homini, & familiari, quam a lienis, prorsusq; ignotis? Vnde si ipse, vel eius filij, consanguineue, re vera indigeant, veri similis, & equius

& equius esse arbitror, posse sibi subuenire, operamq; ferre. Quod si hoc ipsum testator resciverit, indu stria executoris uti velle, non tamen illius miserijs succurrere suspicarer.

VI. VLP IANVS libro primo opinionum.

Illicitas exactiones, & violentia factas, & ex tortas metu venditiones, & cautiones, vel sine pretij numeratione prohibeat praeses prouinciae. Item ne quis iniquum lucrum, aut damnum sentiat, praeses prouinciae pro uideat.

Illicitas exactiones eas Inno. et ibi glo. in. c. cum instantia, & glo. in. c. venerabili, de censib. esse intelligunt, quae ultra facultates, seu vires eorum sunt, quibus imponuntur. Id autem quauis solummodo comprehendere videatur eos, qui cum seruire teneantur, urgentur a dominis ultra quam commo de facere possunt, multo magis in illis idem dispo situm intelligimus, qui liberi omnino natura, lege, vel pacto sunt. Vnde optime Campanus scribit, non debere praetorem pati, donum, munus, operasim poni ei, qui ex causa fidei commissi manumittitur. Et Vlpianus ait, si quis hac lege emptus sit, ut ma numitta-

numittatur, & ex cōstitutione Diui Marci per-
 uenerit ad libertatem, operas ei impositas nul-
 lum effectum habere. Quod adeo verum est, ut
 si quis pro eo qui libertus non esset, & operas se pra-
 staturum iurasset, fideiussor accesserit, non te-
 neatur, ut egregie docet text. in. l. si quis pro eo. ff.
 2. de fideiuss. Ex quo à Bart. & reliqua doctorum,
 turba illa notissima elicitur communis conclusio.
 Furamentum non esse formam inducendae obliga-
 tionis in ingenuo, ideo non posse ei accedere fideiuf-
 sorem. Quia verò hac mihi non ita indistinctè pro-
 batur sententia, considerandum attentè arbitror,
 in illa dispositione, non dici simpliciter iuramen-
 tum in libero homine obligationem non inducere,
 sed de promissione operarum principaliter agi.
 Scribentes autem non considerando singula ver-
 ba legis, argumento ab speciali, quod aliàs in iu-
 re firmum est, utentes, speciale in liberto esse, ut
 si praestaturum se operas promiserit, obligetur, et
 pro eo fideiussor adhibitus teneatur, aiunt: & à cō-
 trario sensu, si alius quàm libertus iuret, non obli-
 gari autumat, nec pro eo quidem, qui fideiusserit.
 Idq; aperte probari in. l. ut iuri surandi. ff. de operis
 libertorū contendūt. Cuius sunt verba: ut iuri sur-
 4. randi

randi contrahantur obligatio, libertum oportet
 esse qui iuret, & libertatis causa iurare. Ad
 id etiam citat. Bar. text. in. l. fin. ff. de libe. caus. ubi
 dicitur, licet dubitatū antea fuerit, utrū seruus
 dūtaxat, an libertus iureiurādo patrono obli-
 garetur in his, quæ libertatis causa imponūtur
 tamen verius est non aliter, quàm liberū obli-
 gari. Est ergo conclusio omnium quòd de iure civili
 ex iuramento promissorio de futuro, nō oritur civilis,
 nec naturalis obligatio, per supra dicta. Quoniam
 si obligatio naturalis saltem, ex tali iuramento ori-
 retur, posset accedere fideiussor, & obligari: ut in
 l. i. ff. de fideiuss. Contra istam tamen communem
 scribentium sententiam plurima sunt quæ in me-
 dium proferri possent. Illud autem in primis, quòd
 quando aliquid tendit principaliter, & directò ad
 aliquem finem, debet potius operari illum finem,
 quàm actus, qui immediatè tendit ad hoc. Sed ex
 iuramento deciso litis oritur obligatio, & actio,
 ut per totum titul. ff. de iure iur. & in. l. actori. C.
 de rebus cred. ubi sic actori delato, vel relato iure-
 iurando, si iurauerit, vel ei remissum sit sacramē-
 tum, ad similitudinē iudicati, in factam actio cōpe-
 tit, et tamen istud iuramentum, litis deciso tendit
 princi-

principaliter ad deducendam litem, non ad producendum obligationem, & actionem. Quanto ergo magis iuramentum de futuro promissorium, quod tendit principaliter ad producendam obligationem. Nec quadrat quod huic argumento à quibusdam respondetur, quod iuramentum decisivum habet vim confessionis iudicialis. l. qui iurasse. §. fin. ff. de iure iur. & ex confessione iudiciali oritur actio, & obligatio. l. certum in fin. ff. de confes. item iuramentum decisivum habet vim sententiae. l. & si possessori. §. fin. eo. tit. de iure iur. ex sententia aut oritur actio, ergo eodem modo ex decisivo iuramento: quae omnia non habent locum in iuramento promissorio. Sed ista responsio non usquequaque sufficit, oporteret siquidem rationem proferre discriminis, cur magis iuramentum decisivum equiparetur sententiae, & confessioni, quam promissorium stipulationi: & cum tanta sit vis iuramenti in illo casu, cur non eadem in isto? quinimo ex iuramento quoque promissorio oriri obligationem, & actionem; videtur probari in l. si duo patroni in fin. ff. de iure iur. Vbi lex loquitur de eo, qui iuravit solvere intra certum tempus, vel diem, qui non adimplens graviter punitur, ac fustibus ceditur, & secundum

hanc

hanc partem aperte iudicare videtur tex. in auth. sacramenta puerum. C. si adu. vendi. Ubi iuramentum firmat, & roborat contractum aliàs prohibitum, & inualidum, taliter quod iurans, quavis minor obligatur, ut dubitare nemo iam possit, iuramento super re non inhonestè interposito, obligationem oriri. Quorum aduersariorum timore Bart. & alij. dd. pluribus in locis distinguunt, dicentes triplex esse iuramentum, decisivum, confirmatorium, & obligatorium. Sed profecto reuoluuntur eodem, & aqua (ut dicitur) haeret, quando quidem si auctoribus Imol. & Card. in. c. cum venissent de inst. iuramentum est quadam asseueratio, seu assertio affirmatiua, vel negatiua, addens vinculum religionis simplici assertioni, quod idem probatur in cap. et si. Christus de iure iur. iam ex his liquido constat, iuramentum de per se, & principaliter non considerari, sed venire semper accessorie, & praestari ad confirmationem principalis: omneque iuramentum esse confirmatorium simplicis assertionis, prout in definitione dicitur. Nec remanet ulla diuersitatis ratio, quare magis appelletur confirmatorium, quod in auth. sacramenta puerum adhibetur in iurandum, quam in l. si quis pro eo, cum

cum utrobique praestetur ad confirmandum. Nam cum Bart. in. d. l. si quis pro eo, vult ibi iuramentum non continere pactum, quia si contineret, induceret obligationem, ludit: qui enim fieri potest, ut iuramentum de futuro promissorium ab ipsa promissione distinguatur? Nonne idem verbum & rei naturam, & dictionis proprietatem ostendit? mea igitur de re hac coniectura haec est. Quandoquidem nisi ipsis promittentibus liberti operas patronis solvere non compellebantur, ut in. l. operas. ff. de oper. libet. hanc operarum promissionem stipulatione aliquando, aliquando iuramento libertos solitos confirmare: itaque in hoc negotio stipulatio, & iuramentum equiparantur. In quam me sententiam facile ducunt. l. 3. §. 5. de oper. liberto. ubi expresse de stipulatione agitur. Rursus in dicta. l. ut iurisiurandi, & in. l. si quis pro eo, et in. l. ult. de liberali caus. de iuramento operarum promissorio differitur. Nec obstat si quis dicat quod libertus cum naturaliter teneatur patrono ad operas, ut in. l. si non sortem. §. libertus de condi. indebi. sufficit si per nudam promissionem polliceatur. Quia hoc non inuenio, nec admittitur in iure, ut duae obligationes naturales inducant unam civilem, iuxta nota

tata

tata per doctores in Rub. de ver. obli. §. in. l. 1. ff. de cōs. pecun. Nec similiter quod omnes asserunt, hanc iusiurandi obligationem, specialem esse in liberto, quia in hoc (bona venia dixerim) cogor ab omnibus dissentire, siquidem non consistit illud speciale in obligatione iuramenti, sed in promissione potius operarum. Nec vult dicere text. in. l. iusiurandi. ff. de oper. liber. quod alius, quam libertus iure iurando non obligetur, simpliciter intelligendo, quia hoc esset omnino ineptum. Nam quae maior ratio in liberto, quam in alio? Servorum ne genus religiosius? aut minus fortassis liberorum pietatis vinculum, quam libertorum? Intelligendum est, ibi decerni, alium à liberto, si iuret prestare operas, non teneri, ut speciale in promissione operarum, non in obligatione iuramenti consistat. Quod idem est in stipulatione, ut eadem sit ratio si dicas, ut stipulationis obligatio contrahatur, liberum oportere esse, qui promittit. Ad operas namque de quibus sermo est, illud referre convenit, ut expresse in. l. opera. ff. de oper. liber. probatur: quae aperte docet, operas illas ab alio, quam à liberto deberi non posse, nec alij quam patrono praestari. Nam operarum de

de

de quibus, nunc differimus, cōmercium non est pe-
 nes alium, quàm penes libertum, & patronū. Cum
 autem quis aliquid, quod dari non potest, stipula-
 tur, vel cuius rei commercium penes stipulatorem
 non sit, non oritur ciuilis, nec naturalis obligatio, ut
 in. l. i. §. si id quod. ff. de act. & oblig. et latè per Bar.
 in. l. i. ff. de noua. Sed de his hactenus, Lōgius enim
 3 me prouexit oratio, quàm vellem. Ad illicitas exa-
 ctiones, quæ huius disputationis ansam nobis dede-
 re, redeamus. De quibus insignia sunt profectò a-
 pud Ciceronem exempla, quale illud est. Quid er-
 go? à Tissenibus perparua, & tenui ciuitate, &
 aratoribus laboriosissimis, frugalissimisq; homini-
 bus, non ne plus lucri nomine eripitur, quàm quan-
 tum frumenti omnino exararant? Et illud: quid
 Amestratini miseri? impositis ita magnis decumis,
 ut ipsis reliqui nihil fieret, non ne tamen numera-
 re pecunias coacti sunt? Nec non & illud: Diocles
 est Panormitanus, Phimes cognomine, homo illu-
 stris, ac nobilis arator. Is agrum in Segestano (nam
 commercium in eo agro Panormitanis est) condu-
 ctum habebat, HS sex millibus. Pro decuma cum
 pulsatus à Venerio esset, dedit HS sex decem mil-
 lia, & DCL III. quæ omnia orator reprehendit
 lib.

lib. 5. in Verrem, ubi rei frumentaria actio cōtine-
 tur. Præterea ex hac lege duo notat Bald. quæ ut
 4 potè quotidiana, & utilia referre operæ pretiū du-
 xi. Primum quod confessus spe futura numeratio-
 nis, licet post biennium, ut latè docet Felin. in. c. si
 cautio col. 13. num. 54. de fid. instru. non possit exci-
 pere: possit tamen argumento huius legis officium
 iudicis implorare, & ex hac causa sibi subueniri
 postulare. Alterum, quod idem sit, authore Odo-
 fredo, quauis exceptioni non numerata pecunia
 renuntiauerit, quod est valdè notandum, quauis
 id Alb. verum non existimet. Illud quoq; hoc loco
 ab interpretibus disputatur, an noua dispositio, præ-
 terita quoq; negotia cōprehendat. Quod multis pri-
 mum adhibitis distinctionibus, tandè omnes negat,
 argu. vulgata regula in. l. leges. C. de legib. ubi Im-
 peratores Theodosius & Valenti. Ciropraf. præto.
 rescripserūt, leges & cōstitutiones futuris cer-
 tū est dare formā negotijs, nō ad facta præte-
 rita reuocari: & in. c. cognoscentes de cōstitu. dici-
 tur, quoties nouum quid statuitur, ita solet fu-
 turis formam imponere, ut dispendijs præte-
 rita nō commēdet. Quam regulam multiplici-
 ter intelligit, ampliat, & limitat Felin. in. c. fin. eod.

titu. de consti. Quibus addi & illud potest, quod
 aequissimè à Cicerone dicitur acti. 3. in Verrem: in
 lege (inquit) Voconia non est, fecit, secerit: neq; in
 vlla prateritum tēpus reprehenditur, nisi eius rei,
 qua sua sponte scelerata ac nefaria est: ut etiam si
 lex non esset, magnopere vitanda fuerit. Quod ego
 arbitror insignem esse, ad predictam regulam, limi-
 tationem, eo magis notandam, quòd loquatur in re
 magis dubitabili. Panarum enim rationem restrin-
 gi potius, quàm ampliari debere, saepe à iurisconsul-
 tis cautum est. Res autem natura propria scelera-
 ta, & nefaria efficit, ut vel postmodū sancitis legi-
 bus vindicetur. Aequissimè certè iudicio meo, quā-
 do quidem id in quo peccatum est, non solum metu
 pana, sed sui potius iniqua, et odio digna natura, vi-
 tandū erat. Quod cōfirmari, ac declarari potest,
 extraditis per Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. &
 iur. quē doctores Casarei, ac pontificij iuris sequun-
 tur: dum ait, quòd ubi constitutio noua imponit pe-
 nam alicuius criminis, ei satis conuenientem, con-
 gruentemq; comprehendit eos quoq; qui ante san-
 ctam legem peccauerunt. Quod verum esse affir-
 mant, etiam antiqua lege existente, qua non ita de-
 bitè in illa peccata animaduertat. Quam rem du-
 pliciter

6
 pliciter intelligit Felin. in. d. c. fin. numer. 14. Pri-
 mò in pana, qua augetur, vel minuitur ex causa,
 ubi tempus sententiae, non delicti inspiciendum do-
 cet. Deinde in pana imponenda per sententiam:
 secus si in panam ipso facto incidere, quod ipse
 quàm plurimis comprobatur argumentis. Sed nun-
 quid hac, de quibus in l. nostra, mero iudicis of-
 ficio, an potius iure actionis expediantur, ple-
 rique scribentium dubitant. Glo. hic & in. d. c.
 cum instantia, & inibi Juno. de censib. videntur
 significare, munus id iniunctum iudicibus esse,
 ut vel nullo postulante, ab Vlpiano hoc loco pro-
 posita, officio & iurisdictione sua prohibeant,
 & impediant. Albericus verò dupliciter di-
 stinguunt. Primò secundum Iacob. Butri. quòd
 ante quàm fiant, iudicis officio predicta impe-
 diantur: facta tamen, remedijs à iure proditis,
 qua dolo, metuue illicitè gesta, vel exacta erunt,
 rescindantur: in quam sententiam it quoque Pe-
 rus. Bald. Sed & aliter ille de Rosat. distin-
 guit, dicens quòd si violentia, vel oppressio est
 notoria, mero iudicis officio procedatur: quia in
 notorijs is potissimus ordo est, nullum seruare
 ordinem. In criminibus autem non manifestis,

ius actionis, & legitimam iudiciorum formam, seruandam ad unguem censet.

§. I. Veritas rerum erroribus gestarum non vitiatur. Et ideo praeses provinciae id sequatur, quod conuenit eum ex fide eorum, quae probabuntur.

I Verum sensum huius. §. esse putat Antonius Vacca, debere praesidem iudicando, negotiorum veritatem sequi, non si quid perperam a partibus scriptum, dictum, gestum, aut factum sit, errorem ad calumniam & perniciem cuiusquam trahere: sic tamen ut fides veri constet, onus autem probandi ei incumbat, qui errorem inesse ait. Corasius quoque cum Vlpianus, inquit, §. praecedenti, venditiones, ex actiones, & cautiones, vi, dolo, metuue fieri prohibuisset: nunc subiunxit, si ita facta reperiantur, rei veritatem errore gestorum non interire, sed plus valere, quod re vera probabitur gestum, quam quod per fraudem simulate conscriptum, aut aliter conceptum erit. In eadem sententia est Eguinarius dicens: licet cauerim debere me pecuniam, quasi mutuam, si rei veritatem probauero apud praesidem, non errorem meum in gerendo, cauendoque, sed veritatem probatam sequetur: veritas enim erroribus eorum,

eorum, qui quid gesserunt, non vitiatur, sed eadem permanet: quem sensum sequutus est Covarrubias, & Orosius ait, hoc. §. allegationes, & probationes erroribus gestorum praefertur, non veritati: quorum ego sententiam veram puto. Itaque quaestio illa subdifficilis, quae hac occasione disputari solet, an iudex debeat iudicare, secundum allegata, et probata, an secundum conscientiam, quae nulla unquam clamoribus est habita maioribus, ad hunc locum non valde videtur pertinere. Neque vero quid de ea sentirem, reticerem, nisi tecum agerem optime praeses, quem cum tuo amplissimo collegio, extra hanc aulam, Guido papa. q. 29. Alci. c. 1. de offic. ordin. Petrus Costalius, & Joan. Orosius, quibus libenter assentior, posuerunt: asserentes supremi consilij senatores, praetermissis allegationibus, & probationibus, posse secundum suam conscientiam iudicare: quod quidem maximam rationem habet. De illa autem disputatione, tam sunt, quaecumque dici possunt, ab Didaco Covarrubias lib. 1. variarum resolu. c. 1. Dominico Soto lib. 5. de iust. & iur. q. 4. art. 2. & Orosio in huius legis interpretatione, copiose & grauius disputata, ut nihil a me erit, qui illos euoluerit, desideraturum putem.

§. 2. Ne potētiore viri humiliores iniurijs adficiant, néue defensores eorum calumniosis criminibus infectētur innocentes, ad religionem præsidis provinciæ pertinet.

I Ijs qui reipub. præfuturi sunt, duo præcepta Plato tenenda docet. Vnum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut quidquid agunt, ad eam referant, obliti commodorum suorum. Alterum ut totum corpus reip. curent, nedum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Hæc, ut pote sine quibus civitas stare non possit, adeo à legumlatoribus magistratibus commendatur, ut ferè omnia quæ hoc primo. ff. lib. cōtinētur, ad hæc duo referri possint. Hinc est quòd aliquādo ita se gerere magistratus iubentur, ut sua consilia optimatibus, & principibus probentur. Sæpè ita illis populares commendantur, ut quæ faciunt, quæq; dicunt multitudini incunda esse necesse sit. Atq; huius partis maior incumbit gubernantibus cura: cū enim in rep. nihil tā distet, quàm ius, atq; vis, horum altero uti nolumus, altero est utendum. Iudicia si displicent, si nulla sunt, vis dominetur, necesse est: quæ cum ab optimatibus maxime impendat, illorum vires extinguere necesse est, ut ius valeat, id est, iudicia, quibus omne ius continetur

netur. Atq; hanc causam esse arbitror, cur popularis res potius à legibus informetur iudices: ut scilicet vim depellant, & ne inopia à gratiosa audacia vincatur: & hoc illud est, quod in l. necquicquã. §. fin. ff. de off. procō. Ulpianus ait. Ceterū opprimi aliquē per aduersarij sui potentiam nō oportet. Hoc. n. etiā ad inuidiā eius, qui provinciæ præest, spectat, si quis tam potēter se gerat, ut oēs metuant aduersus eū aduocationē suscipere. Sunt aut huius generis in iure civili innumera, quæ humilitatē, solitudinē, et inopiā, aduersus potentiorū cōsiliū, gratiā, et vim cōsolantur: quod maxime fieri necesse est. Solent. n. nobiles homines, seu rectē, seu perperā facere caperūt, ita in utroq; excellere, ut ne inferiori loco natus, assequi ullo modo valeat: cum potius quo plus ppter virtutē, nobilitatēq; possunt, eo minus quāntū possēt, deberēt ostēdere. Quæ principia rerū minimè decet magistratus negligere. Nec expectandū, ut vel inferiores ad extremū necessitate excitati, vim vi depellant, et audaciam virtute vincant, vel maiores cunctatione, ac tarditate magistratū, eā sibi licentiā vindicēt, ut remedia iā pati nō possint, neq; eo cōtenti, quod probari omnib; possit, sine iniuria potentiā, leuē, atq; inopē,

esse arbitrentur. Ideoq; ad religionem praesidis provincia pertinere, Vlpianus ait, ne potēiores viri humiliores iniurijs afficiant, neue defensores eorum calūniosis criminibus insectentur innocentes. Quid autē significet hoc loco, defensores, & ad quos hac defensione referatur? Corasius et Eguinarius ad clientelas, & patrocina à Romulo, ut ex Dionysio constat, instituta, pertinere hac aiunt. Solebant enim humiliores, id est, ignobiles, pauperes, & inferioris conditionis viri, sese in fidem, tutelā, & patrociniū potentiorum dare, ut se ipsos ab aliorū iniurijs tuerentur. Vnde & hi clientes, quasi colentes, & illi patroni, quasi patres dicti sunt. Addit quoq; Corasius in more fuisse veteribus, ut quisq; populus, ac quaeque natio, populo Romano confœderata, Romam suam haberet, unum ex proceribus patronū. Quem more quodammodo perseuerare adhuc video, habēt enim tum unaquaeque natio, tum etiam singulae ecclesiarum cathedraliū, Romam singulos è reuerendissimis cardinalibus, per quos apud summum pontificem agant sua negotia: qui illius nationis, vel ecclesiae, cuius partibus fauēt, protectores dicuntur. Ego Vlpiani verba dupliciter intelligi posse censeo. Primum si de defensoribus plebis, & inferiorum acci-

piantur,

piantur, quasi dicat, cauendum esse praesidi, nō solum ne inferioris sortis homines à viris potentioribus opprimantur: sed & illud, ne innocentes defensores humiliū, ab eisdem potentioribus malè mulctentur, et offendantur. Erāt enim minores quidā magistratus, qui parentum vices plebi exhibeant, maximèq; curabant, ne innocens, & subdita rusticitas praegraueretur, ut dicitur in auth. de defensione ciuitatis. colla. 3. Deligebantur autē hi nō ex decurionibus, sed ex ipsa plebe, quibus nec ius mulctandi erat, neq; auctoritatem emancipationibus interponere poterant, sed id tantum agebant, ne tenuiores, & infimi, à nobilibus laderentur. Vel aliter, & hoc mihi multò fit vero similis, ut sensus sit: ad religionem praesidis provincia pertinere, ne potēiores viri humiliores iniurijs afficiant, neue defensores eorum, potēiorum scilicet, calūniosis criminibus insectentur innocētes homines: id ita esse duobus locis Ciceronis credere vel inuitus cogor. Is in Orat. pro P. Quintio, in exordio ita ait: habet aduersariū P. Quintius, verbo Sex Nauium, re vera huiusce atatis homines disertissimos, fortissimos, ornatissimos nostrae ciuitatis, qui cōmuni studio, summis opibus Sex Nauium defendunt: si id est defen-

D 5' dere,

dere, cupiditati alterius obtemperare, quò is facilius quem vult, iniquo iudicio opprimere possit: et in Orat. pro P. Sextio, ita aperte, ut iam amplius dubitandi locus nullus relinquatur. Horum, inquit Cicero, qui voluntati, commodis, opinioni in gubernanda repub seruiunt, defensores optimatū, ipsiq; optimates grauissimi, & clarissimi ciues nominantur, & principes ciuitatis.

- 3 Religionem, officium, curā, & sollicitudinem significare Corasius & Orosius rectè scribunt, & id Iunianus Maius, & Budeus, laudatis optimis
- 4 authoribus probauerunt. Huius autem occasione sententia, illud omnium interpretū calculo constitutum est, eum qui sibi ab altero timeat, posse officium iudicis implorare, ut illum compellat præstare cautionē de non offendendo: de qua re satis multa hoc loco Bart. Albericus, & Oros. Bart. in l. sanctum de rerum diuis. Ias. in l. si de possessione. C. de transact. & Felin. in rub. de tregua & pace. ubi plures citat authores de eadem re diferentes. Est autem hac (nisi fallor) totius disputationis summa. Si quis malum ab altero imminere sibi meritò vereatur, quanquam ipse occasionem dederit, potest sibi, & amicis legitimum præsidium, ab officio iudicis implorare,

plorare, & quo tutior sit, ut socijs, ministrisq; armatis stipatus incedat impetrare, modo eos suo sumptu alat. Iudex verò causa cognita, nō sua prouincia tantum homines, sed & alienigenas, & extraneos, si in prouincia moram cōtraxerint, non alia, securitatem præstare nuda cautione, aut cum fideiussoribus, & pro tempore, quod sibi videbitur, suo arbitrio cōpellet, pro se, & familiaribus, & cōplicibus, ex Bartoli & communi scriptorū sententia. Quanquā quò ad familiares, et cōplices attinet, Ripa in rub. ff. de dam. infe. Paul. paris. cōsilio 168. & quibusdā amicis meis, quos in iurisprudentia valdè profecisse scio, video nō placere: quorum ego, & si auctoritatē magnifacio, tamen à cōmuni opinione non recedo, eoq; iure utimur. Quòd si præstitam semel securitatem, vel in eodem loco ubi data est, vel alio, etiā extra territorium, quis violauerit: si aduersus regiam tuitionis formulam commiserit, maiestatis laesa censetur reus: si vero ab inferiore magistratu illa concepta sit, delicti pena sit grauior.

§. 3. Illicita ministeria sub prætextu adiuuantium militares viros, ad concutiendos homines procedentia prohibere, & deprehensa coer-

coercere praeses provinciae curet, & sub specie tributorum illicitas exactiones fieri prohibeat.

I Illicita ministeria, *Idest ministros, Accursius, Eguinarius, Orosius, & Cruceus interpretatur. Corasius, illicitos hominum conuentus & congregationes. Vacca, militares viros, exequutores & birros intelligit: illicita ministeria, eos, quos illi secum ducunt, & exploratores. Verum horum mihi commenta non satisfaciunt, si qualia haec sint, ut arbitrator, intelligo: uni Ciceroni acceptum refero, qui me docuit, provinciales quosdam, maximè publicanos, qui in provincijs negociabantur, solitos esse à proconsulibus, pratoribus, ac praesidibus, praefecturas quasdam militum impetrare: non tam ut reip. in disciplina militari inseruirent, quam ut proprijs commodis, & utilitatibus seruirent. Harum nanque praefecturarum prae-textu, quoquo iure, quaque iniuria pecunias, vel cum atrocissimo anniversario, & quaternis centesimis extorquebant, & sub specie tributorum, illicitas exactiones faciebant. Hac quantà cura, ac diligentia prohibere praesidem oporteat, & deprehensa coercere, egregiè ostendit lib. 5. ad Atticum epist. 21. dicens,*

dicens, familiares habet Brutus tuus quosdã creditores Salaminiorum, ex Cypro M. Scaptium, & P. Matinium, quos mihi maiorem in modum commendavit. Matinium non novi. Scaptius ad me in castra venit: pollicitus sum curaturum me Bruti causa, ut ei Salaminij pecuniam soluerent: egit gratias: praefecturã petiuit: negavi me cuiquã negocianti dare. Quod idem tibi ostenderam, Cn. Pompeio petenti probaram institutum meum: quid dicam Torquato in Lenio tuo? multis alijs? si praefectus vellet esse syngrapha causa, me curaturum, ut exigeret, gratias egit, discessit. Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coerceret, et eundem habuerat praefectum, vexabat Salaminios. Ego equites ex Cypro decedere iussi: molestè tulit Scaptius. Et iterum lib. 6. ad Atticum epist. 1. Atque hoc tempore ipso, inquit, impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse: quod nec mihi Brutus dixerat, nec tibi: etiam, ut praefecturã Scaptio deferrem. Id verò per te exceperamus, ne negotiatori: quòd si cuiquã, huic tamen non: fuerat enim praefectus Appio, & quidẽ habuerat turmas equitum, quibus inclusum in curia senatum Salamine obsederat,

obsederat, ut fame senatores quinque morerentur. Itaque ego quo die tetigi provinciam, cum mihi Cyprij legati Ephesum obviam venissent, literas misi, ut equites statim ex insula decederent. Quibus exemplis ostenditur, quamnam accipere debemus hoc capite illicita ministeria, & qualiter eis iniquè, & crudeliter homines, non solum concutiatur, verum & fame necentur: et quomodo hæc à Cicerone continentissimo, & iustissimoproconsule fuerint prohibita, & deprehensa correctæ. Illicitas quoque ex actiones, quæ sub tributorum fiebāt specie, à se prohibitas docet in. d. epist. 1. de Appio prædecessore agens. Quid enim, inquit, potest esse tam dissimile, quam illo imperante exhausta esse sumptibus, & iacturis provinciam: nobis eam obtinentibus numum nullum esse erogatum, nec priuatim, nec publicè? Quid dicam de illius præfectis, comitibus, legatis? etiam de rapinis? de libidinibus? de contumelijs? sed & apertius ad Atticum lib. 5 epist. 16. maxima expectatione, ait, in perditam, et planè eversam in perpetuum provinciam nos venisse scito prid. calen. sext. moratus triduum Laodicea, triduum Apamea: totidem dies synnade, Audiuimus nihil aliud, nisi imperata ^{iniquè} solue

re non posse, possessiones omnium venditas, civitatum gemitus, ploratus.

§. 4. Neque licita negotiatione aliquos prohiberi, neque prohibita exerceri, neque innocentibus pœnas irrogari, ad sollicitudinè suam præses provinciae reuocet.

Cum iure gentium emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes institutæ sint, iniquum est quenquam, licita negotiatione prohiberi. Quod si quis prohibeatur, posse illum adversus prohibentem actione iniuriarum agere, scriptum est in. l. 2. §. si quis in mari. ff. ne quid in loco publ. & in. l. iniuriarum actio. §. si quis me prohibeat ff. de iniur. Similiterq; eadem actione teneri eum, qui vel ante proprias ædes quenquam piscari prohibet, dicitur in. d. l. iniuriarum. §. si quem tamen. Ex eo nempe quia ut in. §. riparum & in. §. litorum instit. de rerum diuisione. Imperator scribit. Litorum quoq; usus publicus est, & iuris gentium sicut ipsius maris. Undè naues ad portus & litora applicare, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his imponere, cuiuslibet librum est: ut disponitur in. l. riparum, & in. l. quadam, & .l. nemo. ff. de rerum diuis.

2 *diuis. §. in. l. ergo. §. fin. ff. de adq. rerum domin. §. in. l. 2. ff. ne quid in loco publ. Hinc illud est, quod species quadam seruitutis videtur, sine crimine suo, vel aliorum prohiberi quenquam, in quocumq; vult loco negotiari ut in. l. 1. §. 2. ff. de lib. homi. exhib. et in. l. Titia. §. Titio. ff. de cond. §. demonstra. Nec nõ §. illud, quod patronum libertum suum licita negotiatione prohibere non posse, docemur in. l. 2. §. in. in. l. quæro. ff. de iur. patrona. Quæro, inquit I. C. an libertus prohiberi possit à patrono in eadem colonia, in qua ipse negotiatur, idem genus negotij exercere? Scæuola respondit, nõ posse prohiberi. facit. l. si defunctus. C. arbi. tutel. §. l. moris. §. sunt autem. ff. de panis §. l. fin. ff. de obseq. libert. Quorum omnium est ratio, quia cum licitam negotiationem ius gentium cõcedat, nemo iure gentium inferior eam prohibere potest. Vnde à quibusdam dicitur, nõ oportere principem sine causa, liberam facultatem subditis negotiandi adimere: nam ut ait Bald. in. c. 1. §. fin. qui feud. dare pos. potentius est ius gentium, quàm imperator: §. idem Bald. in. c. 1. in principio de natu. feud. licet, inquit, subiecerit Deus leges Imperatori, nõ*

3 tamen subiecit ea, quæ sunt de iure gentium. Neq; obstat

obstat quod à quibusdam opponitur, emptionem, §. venditionem perfici non posse absq; numerata pecunia, ut in. §. pretium inst. de emp. §. vèdi. quæ quidem pecunia cum de iure civili sit, neque sine auctoritate principis cudi possit, ut in. l. 1. §. ibi Bart. C. de veter. numismat. potest at. lib. 11. emptionem §. venditionem iuris quoq; civilis esse, videtur dicendum: quandoquidem cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri naturali, vel gentium, nostrum ius, idest civile, efficimus, ut supra probatum est. Verum hoc argumentum multis de causis non obstat. Primò quia quanuis daremus hoc contractus esse de iure civili, non facile probatur inde, absque causa posse à principe tolli. Deinde consensus principis in cudenda pecunia, nõ ea additio, vel detractio est, quæ substantiam iuris gentium mutare possit. Nam quemadmodum bellu, quàmvis indici non possit nisi à principe, tamen iure gentium introductum nemo negat, §. in emptione, seu venditione facta à minore, assensus tutoris requiritur, verum à iure gentium descendisse probat iurisconsultus: ita §. de re quam agimus dicendum est. Vnde neque illud obstat, quod quanuis consensus sit de iure gentium, tamen cum pecunia sit de iure civili,

E civili,

civili, attendendam esse formam potius videbatur,
 quæ dat esse rei, ut in l. Julianus. §. sed. Et si quis. ff.
 ad exhibend. cui obiectioni multipliciter responde-
 tur. Primum secundum Paul. Castren. in. d. l. ex
 hoc iure, quod emptio, Et venditio nullam aliam
 habent formam, nisi consensum: si quidem solo cō-
 sensu, vel inter absentes contrahuntur. Albericus
 tripliciter hos contractus cōsiderat. Vno modo qua
 ad potestatem contrahendi, Et tunc fatetur iure
 gentium introductos: altero modo eisdem factis, et
 tunc facti esse, necessario ait concedi oportere. Po-
 stremo ex post facto, Et tunc meras ait esse obliga-
 tiones. Bart. quoq; in contractu emptionis, Et ven-
 ditionis duo præcipit considerari, consensum vide-
 licet, Et pretiū, ex quibus perficitur. Cōsensum fa-
 tetur de iure gentiū: qui cum potētior sit pretio, em-
 ptiones, Et venditiones iure gentiū introductas nō
 inficiatur: cuius sententiā sequitur Bald. in rub. de
 contrah. emp. sed bona eorū venia, hæc responsio nō
 omnes numeros habet. Si enim illud esset verū, ea-
 dem ratione stipulationē quoq; de iure gentiū posse
 mus dicere, quando Et consensum requirit. Quod
 tamen constat quā sit iurisconsultis aduersum.
 4 Unde conuenientius fortelicet cum Alberico, Cy.
 Et Ang.

Et Ang. negare pecuniā esse iuris civilis, sed potius
 à iure gentium affirmare introductā, quod ego vel
 Platone authore, probari posse censere: id enim ille
 videtur sensisse, lib. 2. de Rep. dū ait. Quid autem
 in ipsa ciuitate? quomodo inter se impertient ea,
 quæ singuli operantur, cuius impertitionis gratia cō-
 municationem induximus? Ad. patet quod emen-
 do, Et vendendo. Socr. Forum itaque nobis, Et nu-
 mus in commercijs, ex hoc permutationis gratia
 instituetur. Quibus verbis significat eundem fuis-
 se, Et ciuitatum initium Et pecuniā: eademq; indi-
 gentia utraq; simul inuenta. Quāquam vero hæc
 ita se habeant, satisfq; sit manifestū nemine emptio-
 ne, venditione, alijsq; licitis negotiationibus prohiben-
 dum: neque rursus ut negotietur compellendū (nā
 quantumuis iusto pretio, nullus emere, aut vendere
 cogitur, ut probatur in. l. nō enim. ff. de act. rerū a-
 mot. et in. l. si tutor. ff. de in lit. iur ad. et in. l. hæc qua-
 si. de rei vendic.) tamen multa sunt cause, quibus
 hæc regula cessat. Illud enim apertè iuris est ratio-
 ne publica utilitatis posse principem in partē iurē
 naturæ, vel gentiū quasi tōllere, ut probatur in
 pertē in. l. si verberatum. §. 2. ff. de rei vendi. et in. l.
 Larius. ff. de eucti. et in. l. iubemus. C. de sacrosan.

eccles. Et in l. Benè à Zenone, de quadrie. prescrip.
Unde inferebat Bart. in d. l. iubemus, quod iudex
maleficiorum, potest capere a sinu rustici, pro ma-
7 lefactore ad furcas deducendo. Et quod magis ad
nos attinet, pro constructione ecclesie, vel necessa-
ria ampliacione, cogi vicinos vendere, docent Guil.
Et Floria. in l. si quis sepulchrũ. ff. de relig. Et sum-
ptib. de qua replura Ias. in l. i. ff. solu. matrimonio
Et in l. si seruus communis. ff. de vulg. Et pupi. Et
8 facit. l. i. ff. de ser. com. ma. Et qua ibi tradit Bald.
ubi fauore libertatis quis compellitur vendere: de
quo per Imol. in c. apostolicã de dona. Et Barthol.
Veron. in tracta. de serui. in serui. urba. col. i. Et
Bartholo. Brixien. in suo repertorio, in parte, eccle-
sia. Hinc illud est, quod ea que sunt necessaria vi-
9 ctui, cogi possunt exuberantes vendere iusto pretio:
maximè si annona cara sit: ita docet Panormi. in
c. i. de empr. et vendi. cõgruam reddens rationem:
quia tempore carestie, ut ipse ait, omnia sunt com-
munia, maximè virtualia: Et ita excusatur quis
à furto, si maxima necessitate imminente capit
alienũ, ut in c. si quis propter necessitatem de fur.
c. discipulos de consecra. dist. 5. Et c. sicut. 47. di-
stinct. ubi licet pauperes non habeant actionem cõ-

tra

tra diuites, possunt tamen implorare officium iudi-
cis, quem equum est illis subuenire, Et opem ferre.
Et Bart. in l. i. C. de episco. aud. ait quod cum vita 10
hominis duci non possit sine vestimentis, Et hospi-
tio, quod in domibus aptis ad locandum, Et in pan-
nis possit certum pretium statui: idemq; dicendum
in rebus ad victum pertinentibus, si semel exposita
fuerint venales: licet enim à principio vendere vo-
luntatis fuerit, demum efficitur necessarium, ut
in l. sicut. ff. de actio. Et obliga. Si verò nunquam
venales fuerint, vel omnes habentes cogendi sunt
vendere, vel nullus, Et ita intelligendus est text. in
l. fin. ff. ad l. lul. de anno. Et concordandus cum l. i.
§. cura carnis. ff. de off. praef. urb. Et l. fin. §. ite si. ff.
de mune. Et hono. hac autem omnia dupliciter sunt
intelligenda. Primò verum esse, cogi posse ex publi- 11
ca utilitate quenquam vendere: pretio scilicet ius-
to, ut per Salice. in d. l. i. C. de episco. aud. argumẽ-
to l. i. §. corporũ, ad l. Rhod. de iact. Et pretio aqua-
li rei, secundum Bald. in d. l. si verberatum. Secun-
dò intelligi oportet posse aliquem ad vendendũ cõ-
pelli: per principem scilicet, secus à ciuitate, vel infe-
riori, argumento l. si priuatus. ff. qui Et à quib. Et l.
toties. §. fin. ff. de pollici. quod tamen declarat Bar. 12

in. l. Antiochensium, de privileg. credi. non posse civitatem, vel inferiorem quenquam cogere, ut vendat, ad dicto particulari aduersus unum, aut alterum civem, secus statuto uniuersali, loquendo generaliter, ut in. d. l. Antiochensium. Et in. l. venditor. S. si constat. ff. commu. pradi. Et ne diutius in hac resim molestus, plura qua contractus emptionis, et venditionis impediunt, ponit glo. in. l. in venditionibus. ff. de contrah. emp. Et Fabia. de monte Pico, in tractatu de emp. Et vendi. §. p. col. 12, Et. 13. et quādo quis emere, vel vendere compellatur ultra Bar. in. l. unica de lat. liber. toll. Bal. et Ang. in. l. si pendente. §. sic locarij. ff. de usufru. Alex. in. l. nec emere. C. de iur. delib. plura ponit Soci. in reg. 435. cui alia etiā quam plurima possent addi, quale illud est, de quo per tex. in. §. fin. inst. de his qui sunt sui. Quod exponunt Et notant las. in. l. rogasti col. 1. ff. si cer. p. ta. Et Ioan. de Pla. in. l. 1. de Cupres. lib. 11. Et Soci. reg. 530. Nec non Et illud, quod notandum censeo, posse iudicem prohibere ne ultra indigentiam quisquam emat, quo omnibus satis sit emere volentibus: ut docent Salice. in. d. l. 1. C. de epis. aud. Et Ang. de Aretio. inst. de dona. ad finem, dicentes posse licite curatores venalium institueri, ne quis in foro ultra

duo

duo sextaria grani, exempli gratia, emat: ut sic commodius omnibus egentibus consulatur.

§. 5. Ne tenuis vitae homines sub praetextu aduentus officiorum, vel militum, lumine vnico, vel breui suppellectili ad aliorum vstrāflatis, iniurijs vexentur, praeses provinciae prouidebit.

Lumine vnico, Accursius ait, puta candela, I
vel lucerna: vel dic quod per similitudinem loquitur. Nam etiam si porcellum habeat tenuis homo, tanquam oculum suum seruat illum, Et sic in alijs etiā minimis. Albericus, notabilis est, inquit, iste §. quod in aduentu dominorum, vel aliorum officialium, Et pro apparatu eorum, non debet mitti ad accipiendum lectos, vel alios apparatus ad domum pauperum: sed ad domum diuitum: cuius contrarium fit saepe. Iacobus de Rauena Et alij exponunt. Lumine vnico, id est uxore: ut aliquid addat, quod sequitur, vel breui suppellectili. Corasius, lumine legendum confirmat, 2
non lumine, atque idem Oroscius Et Cruceus videntur sentire: quod Et mihi videtur. Nam praeterquam quod sensus quadrat, Et coniectura verisimilis est erroris scriptorum: apud

Cicero-

Ciceronem lib. 5. ad Att. epist. 16. ita scriptum est: non modo nos fanum, aut quod lege Iulia dari solet, non accipere: sed ne ligna quidem, nec præter quatuor lectos, & tectum quenquam accipere quidquam. Multis locis ne tectum quidem, & in tabernaculo manere plerumq;. Quod si à vulgari lectione recedere fas non est, sanè necesse est, ut idem sit sensus, Lumine vnico, idest foco angusto interpretemur.

§. 6. Ne quid sub nomine militū, quod ad utilitates eorum in cōmune non pertinet, à quibusdam propria sibi commoda iniquè vindicantibus committatur, præses prouinciæ prouideat.

Varijs modis in hanc legem peccari potest. Sed metatorum, quibus deducendi exercitum cura incumbat, interq; milites stationes diuidebant, exemplū proponere satis erit. Cicero lib. 5. ad Atti. epist. 20. Postea, inquit, quam Taurū transgressus sum, mirifica expectatio Asiæ nostrarum diaccessum, quæ sex mensibus imperij mei, nullas meas acceperant literas, nusquam hospitem viderant. Illud autem tempus quotannis ante me fuerat in hoc quæstu. Ciuitates locupletes, ne in hyberna mili-
tes

tes reciperent, magnas pecunias dabant. Cypriatenta attica. cc. qua ex insula, nō ^{ὑπὲρβολικῶς} sed verissimè loquor, nullus nummus me obtinēt e erogabatur. Et iterum lib. 1. ad Q. fr. ep. 1. Quo me animo, inquit, in seruos esse censes? quos quidem cum omnibus in locis, tum præcipuè in prouincijs regere debemus, quo de genere multa præcipi possunt. Sed hoc & verissimum est, & facillimè teneri potest, ut ita se gerant in istis Asiaticis itineribus, ut si iter Appia via faceres, nè ue interesse quicquã putent, utrum Tralleis, an Formias venerint.

§. 7. Sicuti medico imputari euentus mortalitatis non debet, ita quod per imperitiam commisit imputari ei debet. Prætextu humanæ fragilitatis, delictum decipientis in periculo homines innoxium esse non debet.

Quanquam Plinius lib. 29. c. 1. scribit, de medicis agens. Itaque Hercule in hac artium sola euenit, ut cuiusq; medicum se professo statim credatur, cum sit periculū in nullo mēdacio maius. Non tamen illud intuemur: adeo blanda est spes adī pro se cuique dulcedo. Nulla præterea lex, quæ puniat in scitiam capitalem, nullum exemplum vindi-

Et a. Discunt periculis nostris, & experimenta per
 mortes agunt, medicoq; tātūm hominem occidisse,
 impunitas summa est: tamen illorū imperitia, mul-
 tis, a quibusq; & iuris communis, & ciuili His-
 2 spani legibus seuerè castigatur. Nā & Iustinianus
 lib. 4. instit. tit. 3, de lege Aquilia. Præterea, inquit,
 si medicus qui seruū tuū secuit, dereliquerit
 curationē eius, et ob id mortuus fuerit seruus,
 culpæ reus erit. Imperitia quoq; culpæ adnu-
 meratur, veluti si medicus ideo seruū tuū oc-
 ciderit, quia malè eū secuerit, aut perperā et
 medicamentū dederit. Cuius capitis explicatio-
 ne, id quoque de quo agimus planum fiet.
 3 Præterea si medicus. Id quidem verum est, non
 solum si operam suam, aduersus Hippocratis ius-
 iurandum, locauerit, sed et si gratis operam præstet,
 auctoribus Ioa Fabr. Angelo, num. 3. Platea nu.
 4 18. & glo. in l. idem iuris. ff. ad leg. Aquil. Atque
 hæc quidem iure ciuili. Iure autē canonico in. c. ad
 aures, de at. & qual. ad maiores ordines ascende-
 re prohibetur is medicus, cuius imperitia conscien-
 tiam remordet: & in. c. tua nos de homicidio satis
 multa ab scribētibus notata sunt, quæ prestare me-
 dicos oportet. Vbi Innocen. ait animaduertendum
 esse

esse medicis in chirurgijs faciendis, & medicinis cō-
 ferendis, ut illas solummodo conferant, quas sciāt
 secundum artem profuturas, aliās non solum illos
 peccare affirmat, qui nocitura propināt, sed et eos
 qui dubitātes salubria sint, nec ne, medicamēta ex-
 hibent. Securiusq; esse infirmum relinquere in ma-
 nus creatoris sui, quā medicina de qua dubitat
 quocunq; modo: inquam sententiā plurima refert
 Couarrub. in clem. si furiosus de homicid. 2. par. re-
 lectionis. §. 4. Sed & iure Hispano huic rei abunde
 prospectum est, titu. 8. & 15. par. 7. & in commi-
 tijs Matuanis anno 1528. et Toletanis anno. 1539
 Legib; quoq; Gothorū ita cautū erat: si quis medic^o
 dū phlebot omniā exercet, ingenuū debilitauerit, cētū
 quinquaginta solidos coactus exoluat. Si verò mor-
 tu^o fuerit, ppinquus cōtinuò tradendus est, ut quod
 de eo facere voluerint, habeāt potestatiē: si vero ser-
 uū debilitauerit, aut occiderit, huiusmodi seruū re-
 stituat. Quod in foro iuzgo lib. 11. tit. 1. l. 6. ita trā-
 scriptū est. Si algū phyfico sāgrare home libre,
 si enflaqueze por la sangria, el phyfico deue
 pechar ciēt, e cinquēta lueldos, e si morir me-
 tan al phyfico en poder de sus parientes, q̄ fa-
 gan del lo q̄ quisieren, e si el sieruo enflaqze,
 o muere

o muere por la sangria, entregue otro tal fier
 6 uo al señor fo. Qui seruum tuum, alia ratio
 est si ingenui curationem dereliquerit, aut eum
 imperite secuerit, vel perperam ei medicamentum
 dederit, tunc enim non Aquilia competit: sed olim
 (vt Paul. lib 5. receptarum sententiarū tit. 25. ad
 l. Cornel. de Sicc. est auctor) si ex eo medicamine,
 quod ad salutem hominis, vel ad remediū datum
 erat, homo perierat, is qui dederat, si honestior fue
 rat, in insulam relegabatur, humilior autem capi
 te puniebatur. Nūc arbitraria pena est, atq; extra
 ordinaria, vt ab scribentibus probatum est, in. d. §.
 7 sicuti, § in l. medicus. ff. diuer. § extraordina. co
 gni. Secuit Secare ad chirurgos potius pertinet,
 quā ad medicos. Vnde Eguinarius Baro ex his ver
 bis probari putat, medicos olim fuisse ^{xi. vs. v. vs.} Quā
 rē multis bonis auctoribus citatis Brissonus probat
 lib. 2. selectarū. c. 4. imo hoc tantū medicina gen^o o
 lim in vsu fuisse, docet Plin^o li. 29. c. 1. in pri. et Cor.
 Cel. quē eius artis professores Hippocrate latinū ap
 pellant, lib. 1. in prin. Æsculapij, deinde, inquit, duo
 filij, Podalirius, et Machaō, bello Troiano ducem
 Agamēnonē sequuti, non mediocrē, opē cōmilitoni
 bus suis attulerūt, quos tñ Homer^o nō in pestilētia,
 neque

neque in varijs generibus morborum aliquid attu
 lisse auxiliij, sed vulneribus tantummodo, ferro, &
 medicamentis mederi solitos esse proposuit. Ex quo
 apparet, has partes medicinae solas ab his esse ten
 tatas, easq; esse vetustissimas: eodemq; auctore di
 sci potest, morbosum ad iram deorum immorta
 lium relatos esse, et ab iisdem opem posci solitam.

Dereliquerit curationem eius, etiam si ob 8
 defectum solutionis, vt Ioannes Faber ait, dereli
 querit curationem. Nec enim deserere infirmum
 licet, sed curare diligēter, & pro salario apud iudi
 cem agere. Illud autem animaduertendum, quod
 admonet Eguinarius, negligentiam lege Aquilia
 coerceri, quā in nō faciēdo est, quod quis facere de
 bet, non etiā eam quā in nō faciēdo est, quod quis
 facere potest. Si enim medicus seruum non curauit,
 quod curam eius nunquam suscepit, culpa caret.
 At si semel susceptam curationem dereliquerit,
 Aquilia tenetur: nam licet contractus liberi sint,
 ijs tamen initis necessario standum est. Multum
 autem differre nō curare, & curationem relinque
 re, optimē ex Luciano in abdicato probat. Frāforti
 cus Balduinus, qui illud etiā addit, quod est aquis
 simum, hoc caput tunc demum procedere, quando
 ex

ex negligentia infirmū relinquat, quē sperare possit,
 posse sanari, nō si desperat uia, et cōclamatū depo-
 neret. Et ob id mortuus fuerit feruus, culpæ
 reus est, etiā in foro conscientie, in quo Aquilia ob-
 ligat, quantum de leuissima, auctoribus Barba-
 in. c. Rainaldus de testam. Adrian. lib. 4. sententia
 in materia de restitutione. c. utrum in foro cōscien-
 tia, Comarrub. in epitome lib. 4. decreta. 2. p. c. 6. nu.
 126. Nauar. qui hanc uidetur facere cōmunem
 opinionē in manual. c. 17. nu. 184. Comittitur aut
 culpa tripliciter, vel ante factum, vel in facto, vel
 post factū, ut optimè glo. distinguit in. d. l. idē iuris,
 cuius sequuntur doctrinā hinc Placenti. et Ioan. de
 Platea. Tripliciter q. dicitur quis esse in culpa, vel
 non faciendo, quod homo diligens faceret, vel si ad-
 uersus pacta conuenta faciat, vel si sit in mora: ita
 docet glo. in. l. uideam. ff. loca. Medicus igitur ma-
 le secando, vel curationem relinquendo in culpa di-
 citur esse, non in dolo. Vnde apparet rectē dixisse
 Ang. Plat. et Equinarium, huiusmodi medicū le-
 ge Aquilia teneri, nō lege Cornelia de sicarijs, quia
 lex illa dolum requirit, non solum culpam.
 Impetitia quoq; culpæ annumeratur. Nā
 ut Cicero ait optimè Græcorū prouerbio cautū est,
 quam

quā quis nouit artē, in hac se exerceat. Imperitiā
 aut intellige eam rerū quas quis profitetur, eas in
 exhibere cogitur, nō alias: atq; ita Alci. in. l. cedere
 diem. §. fin. nu. 32. ff. de ver. sig. accipiendū esse ait,
 quod in. d. §. sicuti dicitur de q. ea re plura doctores
 in regul. imperitiā. ff. de reg. in. Vnde illud etiam est,
 quod Bar. ait in. l. sed et reprobari. ff. de executiō.
 Petrus Costalius in. d. §. sicuti. et Euerar. loco. 56.
 à militē armatē militiæ, ad militē celestis militiæ in
 fine. Doctor enōe atatis in integrū nō restituitur, nimit-
 rū quia se nō solū doctū, sed et doctore p̄fitetur, et
 qui ceteris cauere possit, ne dū sibi. Probat in. l. p̄-
 fessio. C. de muner. patri. l. 10. ubi cū imperator dix-
 isset, professio tua, et desiderium tuū intente dis-
 crepāt, nācū philosophū te esse pponas, vince-
 ris auaritia, et rapacitate, subinfert glo. hoc pos-
 set dici doctori petenti restitutionem in integrum.
 Veluti si medicus ideo seruū tuū occi-
 derit, quia malè eum secuerit. Id quidē si calli-
 dè fecit, cum sciret se medicum non esse, auctore
 Equinario, etiam lege Cornelia panas dabit: si au-
 tem duplici ignoratione detentus, id est, si se medicū
 credēs, extra dolum culpa erit, nec capite p̄detur,
 sed. l. Aquilia. Consonant etiā de hac re Hispana
 iura,

iura, nam. l. 10. tit. 8. §. l. 9. tit. 15. parti. 7. imperitiam castigant. At. l. 10. titu. 9. part. 2. ait, que el medico que a labiendas vfa mal de su officio comete traycion conocida.

- 14 Aut perperam ei medicamentum dederit. idest auctore Theophilo, medicamentum cum nihil opus esset, ei dederit, aut non suo tempore dedit. Quibus ita explicatis pauca adhuc nobis dicenda sunt, illudq; in primis notandum, quod Nicassius ait, num. 3. posse istam decisionem intelligi de medicis anima, ut sunt pastores & confessores, per quorum imperitiam & negligentiam frequenter occiduntur anima: qui licet non teneantur hac actione alicui hominum, sanguis tamen illarum animarū, de manibus eorum requiratur à domino, ut in. c. irrefragabili de offi. ordi. dicitur. Balduin. quoque et Nicassius idem in obstetricibus dicendum, re-
 15 Et reputant: nam & obstetrix appellatur medica in l. 1. §. 1. ff. de var. & extraordi. cogn. & in. l. item si
 16 obstetrix. ff. ad. l. Aquil. Sed & veterinarios hac lege comprehendit, eorumq; & culpam & imperitiam Aquiliano Plebiscito coerceri, dici potest. quandoquidem & animalia bruta curātes, medicos appellari docet Glo. in. l. 1. C. de excussa. artifi. et in. l. 1.

C. de

C. de profes. & medic. lib. 10. & ita aperte disponit l. 9. tit. 15. partit. 7. Illud quoq; quod multis ver-
 17 bis Ang. probat num. 2. hoc caput aduocatos etiā continere, neque licere illis semel susceptum patrocinium deserere, clientulumue, aut cōsultorem lite incepta, ante rem deferere iudicatam, sanè rationem habet. Sed & alteram partem in aduocatis locum habere, ut si quid per imperitiam cōmiserint, teneantur, imputeturq; eis: multis iuribus Alberi. probat in. d. l. illicitas. §. sicuti, & Guido. de Suza. in. l. 1. C. de aduoca. diuers. iudi. atq; eo magis quod medicus mortale vulnus sanare non potest, at aduocatus pessimam causam potest facere videri bonam, ut ait glo. in. l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de adil. adict. glo. Bart. & Alex. in. l. si ab hostibus. §. si vir uxorem. ff. solu. matrimo. Et assessorum hac lege comprehendit Ang. num. 3. Platea num. 21. & Francis. Balduin. scribunt. Atque idē iuris esse omnium artificum, artem quancunq; profitentium, Ang. & Balduin. tradidere, & aperte probatur in. l. si quis in fundum. §. Celsus. ff. loca. et conduct. Sed profecto hinc sententia e regione contradicere videtur. l. 1. ff. si mēsor fal. mo. dixit. dum
 19 ait, hæc actio dolum malum duntaxat exigit.

F Vilum

Visum est enim satis, abundeque coerceri men-
 forē, si dolus malus solus cōueniatur eius ho-
 minis, qui ciuilitate obligatus non est. Proinde
 si imperitē versatus est, sibi imputare debet,
 qui eum adhibuit: sed & si negligenter, æquē
 menfor securus erit. *§ in. l. 2. ff. de proxene. in-*
quit. I. C. proxenetam tum demum teneri, si dolo, et
calliditate creditorem circumueniat. Illud quoque
difficilem habet intelligentiam, quæ nam sit tam
diuersa ratio disponendi, quæ adeo iudicem ab as-
 20 *essoribus separet, & aduocatis. Nam patronos*
causarum, atque aduocatos imperitiam prestare
oportere, supra docuimus: iudicibus autem dolum
imputari solummodo, probat. l. si filius famil. ff. de
iudic. dicens, iudex tunc litem suam facere in-
 telligitur, cum dolo malo in fraudē legis. fen-
 tentiam dixerit, *§. l. 2. ff. quod quisque iur.*
 hoc edicto, *inquit*, dolus debetius dicentis pu-
 niri: nam si assessoris imprudentia ius aliter
 dictum sit, quàm oportuerit, non debet hoc
 magistratui officere, sed ipsi assessori. *Atque*
inde hoc euenire putabat, quod fecare maleficium
sit, non ita iudicare: sed hac ratio Petro de Bella-
pertic. instit. de oblig. quæ ex quasi del. nas. non
 quadrat,

quadrat, veriusque dici putat, quod medicus, atque
 aduocatus, & assessor, nec non & ceteri artifices,
 dum munera sua obeunt, sese peritos affirmant,
 quod iudex non facit: vel potius quod illa sunt offi-
 cia voluntatis, iudicis verò officium est necessarium,
 ut probatur in. d. l. fin. ff. de mune. *§ hono. & iu-*
 dex cogitur iudicare, medicus non secaret, nisi vel-
 let. Ego ita censeo, iudicem de dolo solum teneri, si-
 licet, ut veram litis estimationem soluat, *§ quod*
iuris in alium statuerit, ipse eodē iure utatur: atque
 ita interpretor. d. l. si filius famil. *§. l. 2. Ut autem*
 arbitrio superioris castigetur, quanuis absque do-
 lo per imperitiam peccauerit, obligari eum existi-
 mo: atque hoc modo accipiendum, quod in. l. fina.
 ff. de var. *§ extraordi. cogni. & in prin. inst. de o-*
 bliga. quæ ex quasi del. nas. dicitur. *V. bi. Ang. ait* 21
animaduertendum esse ei, qui aduersus iudicem a-
git in sindicatu, ne petat ipsum condemnari in
aliqua certa quantitate, vel re: quia tunc tenetur
 probare dolum in iudice, ut in. l. quotiens. S. qui
 dolum. ff. de proba. decretum est: sed petat ip-
 sum condemnari in quantum æquum videbitur
 discretioni iudicantis, quia tunc vel sola imperi-
 tia iudex tenebitur. Idemque de agrimensoribus
 F 2 *§ proxe-*

Et proxenetis dici posse videtur, Et actor solummodo probando iniustam sententiam obtinebit, de qua re plura Ang. in l. ex maleficijs §. si iudex. ff. de 22 actio. Et oblig. Impositam esset pernitiosus dolus, tã esset damnosa imperitia, ut è repub. esset statutam legibus panã augeri, posset id quidem superior facere, vel auctore Platone lib. 6. de legibus ubi ait, quòd si quis aliquem iniustam sponte sententiam tulisse incuset, apud legum custodes hoc faciat, Et qui damnatus fuerit, dimidiam damni partem in iuriam passo persoluat. Si autem multa maiore dignus videatur, iudices ipsi, qui commendarunt, quid aut pati, aut reddere debeat, vel reipub. vel iniuriam passo, cognoscant.

§. 8. Qui vniuersas prouincias regunt ius gladij habent, & in metallum dandi potestas eis permessa est.

I Qui vniuersas prouincias regunt. Dictionem, vniuersas, exundare Corasius ait. Orosius, vniuersas, orientalis aut occidentalis imperij exponit. Eguinarius, vniuersas prouincias, totas prouincias accipe, inquit, non omnes simul. Igitur praesides prouinciarum generaliter, siue proconsules, siue legati, siue correctores dicantur, ius gladij habent.

bent. Ego Eguinario assentior.

Ius gladij habent. Id est, ut Vacca ait, potestatem, ut aliquem necare possint, carnificis manu adhibita. Corasius, hoc est, maiorem illã animaduersionem in delinquentes, quam merum imperium dicimus. Eguinarius, id est potestatem animaduertendi gladio in facinorosos: non securi, telo, vel veneno. Hoc igitur verbo, ut idem Corasius Et Eguinarius probauerunt, non omnis animaduersio capitalis, nec quacumq; coertio delictorum continetur. Alioquin superfluo addidisset Vlpianus, & in metallũ dandi. Alludit autem, ut Vacca putat, ad morem cingendi gladij, in signum conferenda potestatis, de capite alterius iudicandi. Vnde cingulũ dignitatis iniure: Et quod ante dictatorem olim, nunc etiam ante senatorem Romanum, Et alias Italiae potestates, gladius gestari solet.

Et in metallum dandi potestas eis permessa est. Merito ab interpretibus dubitatur, quid nã sit causa, quòd cum dare in metallum praesides possint: unde maxima capitis diminutio interuenit, de portandi in insulam ius praesidibus datum non sit. Hoc enim epistola D. Severi ad Fabium Cilonem praefectum urbi, expressum est, auctore Vlpiano

in. l. inter penas. ff. de interd. §. releg. Et in. l. rei capitalis. §. constat. ff. de penis. idē Vlpianus ait. Præfide deportare nō posse, nulla dubitatio est. *Diuus in. c. cui licet, de reg. iur. lib. 6. glo. §. Bart. hic respondēt, ideo præfidē in metallum dare posse: deportare verò in insulam non posse, quia cum insula, in dominio particulari principis sint, deportatio autē si ne assignatione insula fieri nō possit, meritò hoc genus pena præsidibus interdicitur. Oroscius assensio nē sustinens, Accursium ac Bart. sine auctore, et lege loqui, et rationē eorum infirmā esse ait: quod verum est: nā §. provincijs sepē adiacebant insulae, quibus præfides ius reddebant, ut in. l. relocatorum probatur, §. Cicero lib. 5. §. 6. ad Atticū docet. Ricardus hoc loco, et Albericus aliter sentiunt, quibus Alcia. Parerg. lib. 1. c. 15. subscribens, hinc apparet, inquit, certa ratio, cur præses provinciæ ius in insulam deportandi nō haberet. Cum enim ciuitas Romana à deportatis amitteretur, quæ quidē ex senatus consulto, vel lege lata auferri nō poterat, meritò ante principis annotationem, huiusmodi cōdemnatus ciuis remanebat: erat siquidem deportatio ciuium Romanorum pena. Quod si præses, inquit ille, aliquem non ciuem deportare voluisset, in aliquam*

aliquam suæ administrationis insulam, potuisse id ab eo fieri, etiam incōsulto principe arbitror, argu. l. fin. ff. de sepulch. violat. hæc ille: quæ solutio multò verisimilior est illa superiore. Atque ita accipio quod in. l. relocatorum. ff. de interd. §. rel. Vlpia. scribit. In insulam relegare præfides provinciæ possunt, sic tamen, ut siquidem insulam sub se habeant, id est, ad eius provinciæ formā pertinentem, quam administrant, & eam specialiter insulam adsignare possint, in eaq; relegare. Sin verò non habeant, pronuntient quidē in insulam se relegare, scribant autem imperatori, ut ipse insulā adsignet. Quarum rerum illico reddit rationem. Hæc est differentia inter deportatos, & relegatos, quòd in insulam relegari, & ad tempus, & in perpetuū quis potest. Siue ad tempus, siue in perpetuū quis fuerit relegatus, & ciuitatē Romanam retinet, & testamenti factionem non amittit. Quamquam aduersus illam distinctionem Albericus obijciat, posse præfides in metallum dare, ubi non solum Romana ciuitas, quemadmodum in deportatione, verum & libertas, ac omnia iura ciuilia amittuntur. Vnde in opus metalli ad tempus

nemo dari debet: sed in perpetuum, ut docemur in l. aut damnatum. §. est pena. Et in l. quidam sunt, Et in l. capitalium. §. Et ut generaliter. ff. de panis. Cui argumento idem Alber. respondit, ideo ius dandi in metallum concessum praesidibus, quia ea animaduersione non directe amittuntur ea, quae sunt iuris ciuile: sed per quandam consequentiam, Et per indirectum: sententia namque illa reus solummodo efficitur seruus panis, Et consequenter Et libertatem, Et post libertatem ciuitatem amittit. Sicque multa, inquit ille, per indirectum conceduntur, Et oblique, quae directe non concederentur, argumento text. in l. si unus. §. illud. ff. de pact. Et in l. quod dicimus. ff. de auctori. tutor.

§. 9. Praeses prouinciae si multam, quam irrogauit, ex praesentibus facultatibus eorum quibus eam dixit, redigi non posse deprehenderit, necessitate solutionis moderetur, repressa exactorum illicita auaritia. Remissa propter inopiam multa à prouinciis regentibus exigere non debet.

Satis multa de remissione panarum, Et moderatione à nobis dicta sunt, in l. 1. ff. de iusti. Et iur. quibus hoc quoque addendum est. De materia autem,

autem, ut dicitur, huius capituli, abunde arbitror à Bartolo, Alberico Et Corasiotractatum: illud uulgare est, paupertati multis in rebus à iure indulgeri, inopiamque subleuari. Qua de re ultra Bar. Et Alber. innumeri ab eorum additionatoribus assignantur loci, Et doctores, varia de privilegijs paupertatis disputantes. Ultra quos nonnulla etiam ponunt glo. et scribentes in. §. 2. quibus ex ca. man. Bal. in. c. significatibus. de off. deleg. Alcia. lib. 1. de ver. sig. col. 18. Et 19. Et Corasius de iure ciuili in artem redigendo. 4. p. c. 19. Considerare autem oportet praecipuum illud mirabile Exod. 23. ubi cum leges omnes cateroquit in humanitatem, ac misericordiam uergere uideamus: at in iudicio, uel pauperis misereri, nefas esse legislator existimat. Nam cum miseratio infelicibus debeat, quisquis sponte male agit, non infelix, sed iniquus est. Itaque peccanti pauperi panam non esse remittendam docemur. Quapropter quod hic dicitur, ita accipiendum censerem, si alias satis reus esset punitus: atque id ex his quae Orosius et Costalius, ex Bartolo, Et Pannormitano retulerunt, potest comprobari.

Præses prouinciæ inspectis ædificijs, dominos eorū, causa cognita, reficere ea cōpellat: & aduersus detrectantem, competenti remedio deformitati auxilium ferat.

I Et si satis multa de forma, & ornatu urbis dixerimus in. l. i. ff. de iust. et iur. tñ è re arbitror hoc loco nōnulla addere, ut appareat facilius, quā fuerint de hac re antiqui illi partes solliciti. Nullā. n. fermerēt tot simul magistratibus cōmendatā reperiemus, quā urbis decorē. Nā quāuis curā hanc præcipuē adilibus legamus impositā, ut adificijs & publicis, & priuatis provideāt: ita siquidē multistitutulis probatur, expresseq; in. l. adiles. ff. de via pub. et it. publ. refic. et apertior res est, quā ut testibus ullis indigeat: verū et ad urbanos quoq; prætores, ad iū curā pertinuisse, Liui⁹ testis videtur, li. 6. deca. 5. Decreuit, inquit, senatus, ut. C. Sicinius prætor ædes instructas locaret, ubi fili⁹ regis, comitesq; eius habitaret. Cicero quoq; lib. 3. in Verrē, dū eius urbanā præturā reprehēdit, in sartis tectis, inquit, quē admodū sese gesserit, quid ego dicā? dixerunt, qui senserūt: et paulo post ait: factū est. S. C. quibus de sartis tectis cognitū & iudicatum non esset, uti C. Verres. P. Calius prætores cognoscerent, & iudicarent,

carent: & postmodū multis verbis ostendit, quā, dū Castoris colūnas ad perpendiculariū exigit, impudentissimē Iunij pupilli fortunas inuasit. Sed & censors quoq; nō ab hoc munere vacuos fuisse, ex Liuij verbis apparet lib. 1. Deca. 5. dū ait: Cēsores vias sternendas, siliçe in urbe, Glarea, extra urbē, substruēdas, marginādasq; primi omnium locauerūt pōtesq; multis locis faciebāt. Postremò imperio procedete hāc curā ad quosdā pertinuisse legimus, qui curatores viarū, & vicorū dicebantur, quōd vicos in ciuitate, & extra ciuitatē vias publicas, & cloacas curarent, licet postea distincta fuerint eorū munerā, qui vias publicas, et ripas fluminū curabāt, et qui vicos, ac regiones urbis, qui pprie curatores regionū, siue magistri vicorū sunt dicti, auctorib⁹ Suetonio, ac Læpridio, qui vel hodie durāt magistrat⁹, publicèq; de hisce rebus in Capitolio ius reddūt, vulgò dicti (maestri di strade). Fuerūt quoq; et alij ciuitatū curatores, de quibus Cassiodor⁹ li. 7. variarū in formula curatoris ciuitatū: verū illud est diuersū à nostro proposito. Hæc eò dixerim, ut appareat, nihil mirū in puincijs ornatū urbiū præsidib⁹ cōmendari: qñ Roma à tot magistratibus huic parti cōsultū fuerit: quoniam quā plurimos principes hāc sibi curam

2 curam vendicasse nouimus. De Augusto Suetonius scribit, urbem pro maiestate imperij ornatam & inundationibus, incendijsq; obnoxiam excoluit adeo, ut iure sit gloriatus, marmoreã relinquere, quam acceperat lateritiã: tutam verò, quãtũm prouideri humana ratione potuit, etiã in posterum prestitit: & postmodũ ait. Publica opera plurima extruxit: sed & ceteros principes viros sapẽ hortatus est, ut pro facultate quisq; monumentis, vel nouis, vel refectis, & excultis urbẽ adornarent, multaq; à multis extructa sunt. Similiter quoq; de Vespasiano idẽ Suetonius scribit. Deformis urbs veteribus incendijs, ac ruinis erat, vacuas areas occupare, & edificare si possessores cessarent, cuiusq; permisit: ipse restitutionem Capitolij aggressus, ru-
 deribus purgandis manus primus admouit, ac suo collo quadam extulit. Et iterũ eundẽ laudat, quòd plures ciuitates, incendio, aut terræ motu dirutas restituerit. Vituperat verò Tyberium, quòd adificia, & opera publica neglexerit. Merito igitur tot iure nostro disposita cernimus, tantorum imperatorum, non solum legibus, sed & exemplis confirmata. Vnde illud est, quod propter deformitatem urbis, vel propriam domum quemque destruere,
 edicto

adicto D. Vespasiani, & S. C. vetari, Alexander imperator rescripsit, in. l. negociandi causa. C. de adif. priua. & in. l. cetera. ff. de leg. 1. docemur. De-
 4 cursionem quoq; cogi posse, vel de nouo domum in ciuitate adificare, impp. Valeria, et Gratian. A. A. Modesto praefect. prat. in. l. 8. C. de adif. priua. rescripserunt, his verbis. Singularium urbium curiales etiam inuiti, vel reparare intra ciuitates quas olim habuerunt domos: vel de nouo edificare cogantur: illic munij semper inseruituri, & aucturi proprietarum frequentiam ciuitatum. Possessores verò qui non erunt curiales, in urbibus in quibus domos possident, easdem domos dirutas, neglectasq; reparent: iudicialia ad conferuandum hoc praecipuum auctoritate retinendi. Illud quoq; notandum quod Roman. in singular. ponit, casum esse quo quis vendere compellitur, quando nobilis pauper habet Palatium, quod destruitur, & non potest illud reficere propter paupertatem, cogitur vendere, ut alius reficiat, ad decorem urbis. Postremò animaduertenda esse censeo huius capituli verba, quibus non luxus, & immodicus sumptus exigitur: sed eatenus praesidis diligentia requiritur, quatenus deformi-
 5
 6
 tati

tati feratur auxilium. Namq; eo nomine à Suetonio Augustus laudatur, Nero verò reprehenditur, non in aliare dānosior, quā in adificando. Adhibendus est igitur huic rei modus, atq; ita deformati auxilium ferendum à præsidiibus, ut vrbes ornent adificijs, ab iniurijs tamen, & damno priuatorum, quantum res patitur, abstineant, Augusti exemplo, qui ne possessoribus inuitis proximas extorqueret domos, forum angustius fecit.

8. Iulianus libro primo Digestorum.

Sæpè audiui Cæsarem nostrum dicentē hac rescriptione, eum qui prouinciæ præest adire potest, non imponi necessitatem proconsuli, vel legato eius, vel præfidi prouinciæ suscipiendæ cognitionis, sed eum æstimare debere, ipse cognoscere, an iudicem dare debeat.

9. Callistratus libro primo de cognitionibus.

Generaliter quotiēs princeps ad præfides prouinciarū remittit negotia per rescriptiones, veluti eum qui prouinciæ præest adire poteris, vel cum hac adiectione, is æstimauit quid sit partiū suarum, non imponitur necessitas procon-

proconsuli, vel legato suscipiendæ cognitionis, quanuis non sit adiectū, is æstimauit quid sit partiū suarum: sed is æstimare debet vtrum ipse cognoscat, an iudicem dare debeat.

Sæpe audiui Cæsarem. Equinarius Adriani putat. Corasius, Antoninū Pium potius. Mihi id incertum est, ut enim ex Eusebio, Eutropio, Riuallio, & Hotomano constat, Saluius Iulianus cognomento Seuerus, origine Mediolanensis, Prisci Faboleni discipulus, floruit anno post natū Christum, centesimo trigesimo quarto, per Adriani imperium, cui etiam in consilio cum iudicaret, assedit: Antonino deinde Pio, & diuis fratribus charus. & magno in honore fuit.

Hac rescriptione. Aliud dicendum Equinarius scribit, si lege, senatusconsulto, constitutione principali: argu. l. i. ff. de offic. eius cui mand. est iuris.

Eum qui prouinciæ præest adire potest: Accursius putat idem dicendum & si scriptum sit: Eum qui prouinciæ præest adire debes. Vtrumq; autem si verba directa sint ad impetratē. Nam si ad præfidem dirigantur, distinguendū ait, an per verbum mando, & tunc delegare possit: an, præcipio, & tunc

Et tunc nō. *Quam distinctionem Bartol. Alber. Et Orosius probauerunt, Et Bald. ait non reperi-
ri alibi, Et Alex. in l. more. ff. de iurisd. om. iud. di-
cit, quod eam totus mundus commendat. Et Ias. in
l. 2. C. com. de leg. Quid autem in cōtractibus, quid
in ultimis voluntatibus censendū sit, prater ea qua
verba necessitatem imponant, qua non, abunde à
Bartolo Et Alberico tractatum est, atque ab eo-
rum additionatoribus multa loca sunt indicata,
ubi haec res prolixius agitantur.*

Legato eius. *Cæsaris scilicet: vel etiam pro-
consulis.*

10. Herimogenianus libro secundo iuris Epitomarum.

Ex omnibus causis, de quibus vel præfectus
vrbi, vel præfectus prætorio, itemq; consules,
& prætores, cæteri; Romæ cognoscunt, cor-
rectorum & præfidum prouinciarum est
notio.

1. *Dubium in ipso principio occurrit, quonam mo-
do præsidis iurisdictionem, potestati præfecti vrbi,
& præfecti prætorio iurisconsultus cōparet, cum
multa sint ijs concessa, qua præfidi legimus interd-
icta. Quale est illud unū, quod nobis exempli loco
esse*

esse poterit, quod Vlpianus in l. 1. S. deportatos. ff.
de leg. 3. docet, præfectis prætorio, vel eis qui vice
præfecti, ex mandatis principis cognoscunt, itemq;
præfectis vrbi, epistola D. Seueri, ius deportandi
datum esse. *Quam rem præfidibus prouinciarum
negatam supra in l. illicitas. S. qui vniuersas, osten-
dimus. Huius differentiæ ratio satis patet: primum,
quod hoc priuilegium illis specialiter ab imperato-
re indultum nouimus: deinde hoc in illis esse specia-
le dicendū est, qui vice ipsius principis cognoscunt, à
quo in reliquos omnes iurisdictione derivatur. Quā-
uis igitur omnia de quibus vel præfectus vrbi, vel
præfectus prætorio cognoscunt, per præfidem expe-
diantur, id est omnia, quæ Romæ varios iudices ha-
bent, in prouincia solus præses explicet: non tamen
intelligendum, ob id ei omnium magistratum pri-
uilegia, Et honores esse concessos, quando id ad pro-
uinciae gubernationem scimus nō esse necessarium.
Id autem sic se habere exemplo apparet notissimo.
Cum ante quaesitum fuisset, an liceret à præfectis
prætorio appellare, et iure liceret, Et extaret exem-
pla eorum, qui prouocauerunt, postea publicè sen-
tentia lecta principali, appellandi facultas interd-
icta est, ut in l. unica. ff. de off. præf. prætor. docet iuris-
consultus,*

consultus. Hoc privilegium ad praesides non esse translatum (quanuis ex omnibus causis, de quibus illi cognoscunt) vel sacrarum literarum constat testimonio. Act. siquidem Apost. cap. 25. Paul. Apolum legimus, cum ad tribunal Festi praesidis Caesare stare, Caesarem appellasse: cui Festus respondit, Caesarem appellasti, ad Caesarem ibis. Et cap. 26. Agrippa Festo dixit, cum Paulum rationem reddentem audiisset, dimitti poterat homo hic, si non appellasset Caesarem. Sed et alio quoque privilegio praefectos praetorio subnixos novimus: ne scilicet a sententijs eorum minores aetate, ab alijs magistratibus, nisi ab ipsis praefectis praetorio restitui possent: quod certe ad praesides non legimus extendi.

3 Itemque consules. Innuere videtur contentiosam iurisdictionem apud consules fuisse, quod et Sigonius probat, non solum voluntariam. Id autem eo notauerim, quod Zasius in paratitla ad primam ff. partem. tit. de officio consulis, et Vacca in l. 6. s. qui universas. supra isto tit. scribunt apud consules contentiosam iurisdictionem non fuisse, sed tantum voluntariam, ut si quis manumittere vellet, vel emancipare. Quae opinio difficile sanè habet explicatus. Nam quanuis consules ipsi per se non

semper iurisdictionem exercerent, non tamen inde sequitur illos iurisdictionem non habuisse, quandoquidem neque princeps, a quo in reliquos iudices imperium derivatur, per se illud exerceat. Praterquam quod multorum auctorum testimonijs aliud significari videtur. Cicero. lib. 3. de legib. nam et illud quidem ipsum, inquit, quod in iure positum est, habet consul, ut ei reliqui magistratus omnes pareant, excepto tribuno, qui post extitit. Et Philip. 4. idem Cicero ait, laudatur provincia Gallia, meritoque ornatur verbis amplissimis a senatu, quod resistat Antonio. Quem si consulem illa provincia putaret, neque eum reciperet, magno se scelere astringeret. Omnes enim sub consulis iure, et imperio debent esse provinciae: et idem Cicero in oratione pro Pub. Sestio egregia similitudine consulatum gladio comparavit: et Livius lib. 2. Decad. 1. ait, libertatis autem originem inde magis, quia annuum imperium consulare factum est, quam quod diminutum quicquam sit è regia potestate numeres: omnia iura, omnia insignia primi consules tenere. Significans non solum insignia regia ad consules à regibus, sed et imperium translatum. Quod idem aperte

G 2 ostenditur

ostenditur ex lege duodecim tabularum titul. de Dict. offi. ubi ut summā Dictatoris significaret potestatem, idem iuris, inquit, quod duo Consules tenēto. Rursum idem Liviū Vitelliorum, & Aquiliorum coniurationem describens, Cōsules, inquit, ad deprehendendos legatos, coniuratosq; profecti domo sine tumultu, rem omnem oppressere: literarum in primis habitū cura, ne interciderent, proditoribus extemplo in vincula coniectis, de legatis paululum addubitatum est. Et paulo post ait, direptis bonis regum, damnati proditores, sumptūq; supplicium, conspectus eo: quod panā capiendā ministerium patri de liberis consulatus imposuit, & qui spectator erat amouendus, eum ipsum fortuna exactorem supplicij dedit, Et postmodum Consules, inquit, in sedem processere suam, missiq; lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis cediunt, securiq; feriunt: cum inter omne tempus pater, vultusq;, & os eius spectaculo esset, eminente animo patrio inter publicā panā ministerium. Et ne sim nimis apertē id probari puto in. l. 2. §. 8. §. 5. 12. ff. de orig. iuris.

4 Et prætores. Prætorium ius præsidibus concessum supra probauimus in. l. 2. id autem multiformiter

formiter factum videtur. Aliquando nāque non absolutam, & plenam potestatem prætoriam illis concessam legimus, sed in aliqua parte comunicatam, ut iudicium liberale: aliquando ad præsidem translatum, in. d. l. 2. docuimus. Et fideicommissorum quoque iudicia, quæ primò ad prætorem solummodo, ut accuratius mortuorum voluntates tueretur, spectabant, postea prouincialibus etiam magistratibus communicata, Suetonius in Claudio scribit: dicens iurisdictionem de fideicommissis quotannis, & tantum in urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum, atque etiam per prouincias potestatibus mandatam. Postea verò generaliter ius honorarium magistratibus prouincialibus communitatum, et hac lege nostra probatur, & ex Tacito atq; Vopisco supra ostēdimus.

5 Correctorū. Diuiso in sedes prætorianas imperio, siue in præfecturas prætorianas, celsæue potestates, seu potestates sublimes, seu ministeria principalia, siue magistratus curules, siue sacras sedes, atq; diæceses, (has enim nomenclaturas prætorijs attributas apud authores inuenio) eis ab Augusto, sub cuius ditioe atque imperio erāt, diuersi proponebantur magistratus, quos etiā varijs nominibus

6

G 3 minibus

minibus appellatos videmus. Quidam enim proconsules, quidam praefecti, comites alij, alij duces, nonnulli praesides, nonnulli consulares nominabantur: veluti ex epli causa, sub praetorio Italico quatuor erant consulares: videlicet Thufcia, Lucania, Campania, & Apulia, siue Calabria, de quibus apud Aelium Spartianum, Julium Capitolium, Flauium Vopiscum, & alios frequens est mentio. Postea vero inclinante imperio, hos quatuor Italicos consulares correctores appellatos (ut nihil interea de correctoribus Pannonia, Illyrici, Paphlagonia & alijs dicam) testis est Castiodorus, qui & Campaniae consularis, & Lucaniae correctoris meminit, lib. 3. variarum in epist. Theodorici regis Gothorum ad Ioannem V. S. consularem Campaniae: et eodem lib. extat epist. eiusdem regis ad Venantium, V. S. correctore Lucaniae, & Brutiorum. Et Trebellius Pollio in historia Triginta Tyrannorum, Correctoris Campaniae, & Umbriae, & Apuliae mentionem facit. Sed & Ammianus Marcellinus lib. 27. hoc tempore, inquit, vel paulo ante, noua portenti species per annonariam apparuit Thufciam, id quorsum euaderet prodigialium rerum peritipenitus ignorarunt. In oppido enim Pistoriensis prope ho-

pe horam diei tertiam, spectantibus multis, a sinu tribunali ascenso audiebatur destinatus rugiens, & stupefactis omnibus, qui aderant, quique didicerant referentibus alijs, nulloque coniectante ventura, postea quod portendebatur euenit. Terentius enim humili genere in urbe natus, & pistor ad vicem praemij, quia peculatus reum detulerat officium ex praefecto, hanc eandem prouinciam correctoris administrauerat potestate, eaque confidentia deinceps inquietius agitans, multa in nauiculariorum negotio falso admisisse conuictus (ut ferebatur) perijt carnificis manu, regnante Claudio Roma.

11. Martianus libro tertio institutionum.

Omnia enim prouincialia desideria, quae Romae varios iudices habent, ad officium praesidum pertinent.

Eleganter profecto unica particula, desideria, multa notauit Iurisconsultus, siue prouincialia desideria id est, actiones, & requisitiones prouincialium intelligamus. Desiderare namque, saepe pro requirere ponitur, ut apud Ciceronem pro P. Quintio dicitur, qui in vitaratione summi officij desideremus, G A & insti-

Et instituta honorum virorum requiramus: Et ad Att. lib. 5. dum hac inquit, qua longiorem desiderant rationem, summam tibi perscriberem. Siue etiam provincialia desideria, hoc est, defectus Et morbos interpretemur, quale illud est, quod menstruorum irritamenta, desideria mulierum à bonis auctoribus nuncupantur. Et ophthalmia, id est, pruritus oculorum, desiderium oculorum ab eis appellatur. Plin. quoque lib. 27. c. 53. exprimitur, inquit, succus radice, utilis Et feminis, Et thoracis, prae cordiorumque, desiderijs: calefacit enim Et cōcoquit, Et purgat. Quo etiam modo in l. fin. ff. si libe. ing. ess. dicatur, dum ait, siue obsequium desideretur, exponendum est: id est deficiat in eo, qui obsequi, Et obtemperare tenebatur: Et postmodum, dum dicit, redditur autē alterutro desiderante, hoc est, deficiente, intelligere oportet.

12. Proculus libro quarto epistularum.

Sed licet is qui prouinciæ præest, omnium Romæ magistratum vice, & officio fungi debeat, non tamen spectandum est quid Romæ factum est, quam quid fieri debeat.

Vulgo legitur, non tam, Haloander, non tamen
tam

tam, Antonius Augustinus lib. 4. emend. c. 8. probat, frequenter ita loquutos iuriscōsultos, ut, tam, illud potius subaudiatur.

Non tamen spectandum est. Locus communis est apud Rhetoricos, iudicandum sit exemplis, nec ne: de quo quandoquidem multa à Cicerone sunt tradita, in libris de inuentione præcepta, Et in orationibus posita exempla, non mea sunt partes, plura verba facere. Sana quippe ratio etiā exemplis anteposenda est, cui quidem & exempla cōcordant: sed illa quæ tantum digniora sunt imitatione, quantum excellentiora pietate. c. sana. 9. distin. Illud verò attentius notandū, magna vim esse exemplorum, Et præiudiciorum in iudicijs. Nam ut optime Cicero lib. 4. ad Seruium Sulpitium ait, quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant: Et pro A. Cluentio, ostendam, inquit, iudices ea de eo præiudicia esse facta ab ipsis iudicibus, à quibus condemnatus est, ut non modo ab iisdem, sed ne ab alijs quidem ullis absolui ullo modo possit: Et postea in eadem oratione ait, quid est, quod iam de Opianici causa plura dicamus? Apud eosdem iudices reus est factus, cum is duobus præiudicijs iam damnatus esset. Denique cum de argu-
mento,

ment o, quod in necessariū, & probabile diuiditur, agitur: inter probabilis argumenti partes, comparabile & iudicatū præcipuè numerantur. Est autem comparabile, imaginem, collationem, & exemplū comprehendens, quod in rebus diuersis similem aliquam rationem continet. Quod quia non simpliciter conuenit, sed in eo genus, natura, vis, magnitudo, tempus, locus, persona, opinioq; consideranda sunt, ut appareat simile sit, vel dissimile, meritò præses monetur, non spectandū esse, quid Roma factū sit, sed quid fieri debeat. Eademq; ratio iudicati est, quod tribus generibus spectatur, religioso, cōmuni, approbato. Est aut iudicatū res assensione, aut auctoritate, aut iudicio alicuius, seu aliquorū cōprobata, afferens iudicaturis exemplum, quod sequantur. Quod ut imitentur, primum cōsiderare oportet laudes eorum, qui iudicauerunt: deinde similitudinem iudicati, & causa de qua agitur: iudicatū quoq; illud, sit ne approbatum potius, nō reprehensum: postremo eandem esse rationem, vel maiorem disponendi in iudicato, quam sit in re de qua agitur. Quia verò hac omnia argumenta ferè impossibile est probari præsidii in prouincia, earum maximè rerū, quæ gesta Roma sunt, tutius multò est, iure

iure, et aequitate discernere, non rumoribus, et transmarinis exemplis iudicare. Vnde egregiè in l. nemo. C. de sen. et interlo. om. iud. dicitur. Nemo iudex vel arbiter existimet, neque consultationes quas non ritè iudicatas esse putauerit; sequendum, & multò magis sententias eminentissimorum præfectorū, vel aliorum procerum (non enim si quid non benè dirimatur, hoc & in aliorum iudicum vitium extendi oportet, cum non exemplis, sed legibus iudicandū sit) neque si cognitionales sint amplissimæ præfecturæ, vel alicuius maximi magistratus prolatae sententiæ: sed omnes iudices nostros veritatem, & legum, & iustitiæ sequi vestigia sancimus. Quæ verba aequitatem profectò præseferunt. Intelligenda tamen sunt, nisi quæ supra notauimus, præiudicium confirmarent: tunc enim licere exemplis iudicare. l. de quibus. ff. de legib. aperte probatur. Illud verò quam sit rationi cōsonum, quod Alberic. argumento huius legis docet, plus seruari debere opinionem parui doctoris lege roboratam, quam magni sine lege, satis res ipsa indicat. Nam quòd Accursius hoc loco in eos inuehitur, qui in defectum legū, probationem glossarum inducunt,

inducunt, negari nō potest, urbanē illum sibi authoritatem detraxisse.

13. VLP IANVS libro septimo de officio proconsulis.

Congruit bono & graui p̄fidi curare, vt pacata atque quieta prouincia sit, quam regit. Quod nō difficilē obtinebit, si sollicitē agat, vt malis hominibus prouincia careat, eosque conquirat: nam & sacrilegos, latrones, plagarios, fures cōquirere debet, & prout quisque deliquerit, in eum animadnertere, receptoresque eorum coercere, sine quibus latro diutius latere non potest.

I *Discordijs ciuium, ac seditionibus labefactari remp. & intestino bello dilabi, & penitus interire, nihil necesse est pluribus vel authoritatibus, vel exemplis ostendere: cum ipsum summum rerum auctorem audiamus dicentem, regnum omne in se diuisum desolabitur, & domus supra domū cadet. Meritō igitur bonis, & grauibus principibus, ac magistratibus, quibus ciuitates commissæ sunt, congruit curare, vt pacata atque quietæ prouinciae sint, quas regunt. Quod non difficilē obtinebunt, si intellexerint eam esse huic morbo*
potissimam

potissimam adhibendam medicinam, vt malis hominibus prouincia careant, quoscuque vel fediciosos: vel segnes, ambitiosos, aut de proprio honore minus laborantes senserint, coercentes. Id enim necesse est rerum publicarum gubernatores intelligāt, donec ciuium conatus compresserint, donec perditorum libidinibus obstiterint, donec denique perniciosam ipsius urbis sentinam exhausserint, non solum releuatam, & quietam esse nō posse rempublicam, verum ijs impunē grassantibus, tecta ciuū templa diuorum, vitæ bonorum, urbem denique totam ad exitium, & vastitatem vocari, magisque illos esse pertimescendos, qui dum togati nitentur ugentis, fulgent purpura, in foro uolitant, sibi non temperantes, voluptatibus seruiunt, quàm micantia inimicorum tela, & ordinatas hostium acies. Hi enim cum apertis tibijs nos petant, facile uel pactione, uel armis repelluntur, illi uerò religione astringi, lege temperari, metu coerceri uix possunt. Inquirendi igitur sunt uenefici, castigandi latrones, puniendi sicarii, coercendi parricide, expellendi testamentorum subiectores, relegandi circumscriptores, temperandi ganei, gubernandi nepotes, comprimendi adulteri, notandi infames, exhauriendi iuuentutis

uentutis corruptores, si quis pacatã, & quiet iam
 prouinciam velit. Quemadmodum enim pictores
 excellentem aliquam imaginem pingere volentes,
 purgare primum tabulam solent, leuare, ac leuiga
 re, ne quid umbris, atque tonis impediatur, deinde si
 mulachrum tot, & tam varijs coloribus illustrat,
 ut omnium insignis pulchritudinis opus, moueat oc
 culos, & delectet: sic quoque magistratibus, qui
 bus reip. salus cura est, in primis necessarium ar
 bitror, malis hominibus prouinciam purgare, abu
 sus expellere, & iniuriosam cupiditatem, omnium
 malorum nutricem, & materiem comprimere, ut
 postmodum sua industria bonis humanis ornata,
 temperantia, fortitudine, prudentia, atque iustitia
 laborata prouincia, omnibus denique virtutibus
 gemmata, egregij artificis eluceat, & collaudetur
 opus. Si enim pastores, bubulci, caprarij, reliquique
 magistri pecorum, ubi primum greges, & armeta
 susceperint, id maxime laborant, sana ab agrotan
 tibus segregare, generosa ab ignauis secernere, munda
 ab scabiosis separare, ne qua sunt psora corrupta,
 cetera inficiant, et contagione interimant: quã
 tò exactior populorum pastoribus est adhibenda di
 ligentia, ne latronum impunita rapina, & incendia
 atq;

atque nequiorum contempta libidines, reliquis sint
 audacia subsidia, & instrumenta vitiorum? Con
 2
 quirere præses debet sacrilegos, latrones, plagia
 rios, et fures, (quos exempli solummodo causa ar
 bitror, hoc loco à iuriconsulto nominatos, vel quod
 hac vitia effrenata cupiditas frequentiora effecerit)
 et prout quisq; deliquerit in eum animaduertere. Ne
 que enim ignauum, & lentum iudicem esse decet, neq;
 expectare, ut hac ad se deferatur: sed nocte, ac die,
 vigilare: primum ne maleficia fiant, deinde ut ma
 lefactis adsit præstò seueritas, & peccata celer se
 quatur vindicta. Vt enim à Platone lib. 6. de legib.
 dicitur, iudex mutus, qui neq; instar arbitri, aliquid
 plusquã ligantes dixerint, in causis discutiedis per
 cuctatur, nunquã ad ius declarandũ sufficiens erit.
 Quapropter nec si multi sint, facile unquam bene
 indicabunt, nec si pauci, et ignaui. Tẽpus autem &
 mora, et frequẽs inquisitio ad aperiendã cõtrouer
 siam conferunt. Qua aperta, pro ut quisq; delique
 rit, in eum iudex, pro ut I. C. ait, animaduertet.
 Sed & receptatores quoq; eorũ coercere oportere
 ait, sine quibus latro diutius latere nõ potest. Rece
 ptatores vero in malã partẽ ferè semper dici, facile
 3
 ex Cicerone patet p Milone: sustinisset, inquit, hoc
 crimen,

crimen, primum ipse ille latronum occultator, & receptator locus. Et in. L. Pisonem, ait, arma in templo Castoris, o proditor templorum omnium, vidente te constituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit te consule, arx civium proditorum, receptaculum veterum Catilina militum, castellum forensis latrocinij, bustum legum omnium, ac religionum. Et lib. 7. in Verrem, laudatione Mamertina civitatis derogat, dicens: illud tibi oppidum receptaculum praeda fuit, illi homines testes, custodesq;
 4 furtorum. Caterum qua pena sint receptatores puniendi, in. l. 1. ff. de recep. docemur, dum ait, pessimum genus est receptatorum, sine quibus latere diu nemo potest, & precipitur ut perinde puniantur, atque latrones. Quam eandem sententiam bis apud Platonem reperio, lib. nanque. 6. de legib. omnes, inquit, sexaginta viri observent: ne de principibus aliquid quicquam tale committat, & qui sensit, audiuitq;, si non accusaverit similiter, eadeq; lege reus sit, qua qui peccavit. Et lib. 12. ait, si quis rem furto sublatam sciens receperit, in eadem culpa sit, qua ille, qui furatus est. Qui exule, seu quemvis huiuscemodi fugientem receperit, moriatur: quippe quem civitas amicum sibi, vel hostem decreverit,

decreverit, eundem sibi quisq; similiter existimare debet. Illud verò æquissime decretum est in. l. fin. eiusdem tit. eos apud quos affinis, vel cognatus conservatus est, neque absolvendos, neque severe admodum puniendos: non enim par est eorum delictum, & eorum qui nihil ad se pertinentes recipiunt. De qua re, multisq; alijs ad receptatores pertinentibus, ex iure civili, & Hispano, multa ponit Auēdaño, de Exeq. mand. 2. p. c. 7. Idem autem & in receptate intimum amicum, habere locum probat Corasius de iuris arte. 4. p. c. 22.

Pacata atque quieta. Ex hoc fonte derivata est. l. 16. tit. 4. p. 3. Caterum Bart. Alberic. Orosc. communisq; interpretum sententia, ex his verbis deducit: posse præsidem civēs, provincialesq; suos cogere ad faciendam pacem. Quam questionem agitavere etiam, præter eos quos hoc loco referunt additionatores, Bart. & Paul. de Castro in. l. facti s. qui iussu. ff. de his qui no. infam. Bal. & Paul. de Castro in. l. ex stipulatione. C. de sent. et interlo. orn. iudi. Est autem hæc totius disputationis summa: ut si inter urbes, aut oppida dissidium sit, præses se se possit interponere. Idemq; sit dicendum, privatis criminaliter cõtendentibus. scilicet iudicis esse par
 F tes,

te s, illos in amicitiam reducere, modo id post impositam penā, (vt Albericus probat) & post punitū crimē faciat. Quod si ciuili quæstio sit, hortari ad concordiam debet, nō compellere: nisi (vt Orosius hic & Montalius in. d. l. 16. scribunt) vt scandalum vitet, vel si de re diu litigiosa non liqueat, vel iudex princeps supremus sit.

8 Conquirat. Huius legis auctoritate posse fieri inquisitionē generalem, vno ore interpretes omnes consentiunt. Atq; hinc ortam practicam Bar. ait, quam in principio sui regiminis, rectores faciunt, generalem scilicet inquisitionem per hanc legē. Sed vtum ex ista generali inquisitione, possit aliquis cōdenari, Innocē. & Gabriel de Oselletis posse putāt: Nicolaus, & Oldrald. contra: quorum opinionem veriore esse Bald. scribit, & Alberic. ait cōmuniter placere doctoribus, & de facto seruari. Itaq; tenendum, ex inquisitione generali non posse sequi condemnationem, sed aduersus eos qui inuenti fuerint culpabiles, speciali inquisitione rursus procedendum. In hanc sententiam ierunt frequenter omnes, atq; hoc iure vtimur.

§. I. Furiosis, si non possint per necessarios cōtineri, eo remedio per præsidem obuiā eundum

dum est, scilicet vt carcere contineantur: & ita diuus Pius rescripsit. Sanè excutiendum diui fratres putauerunt in persona eius, qui parricidium admiserat, vtum simulato furo refacinus admisisset, an verò re vera compos mentis non esset, vt si simulasset plecteretur, si fureret, in carcere contineretur.

14. Macer libro secundo de iudicijs publicis.

Diuus Marcus & Commodus Scapulæ Tertyllo rescripserūt in hæc verba. Sit tibi liquido compertum est, Aelium Priscum in eo furore esse, vt continua mentis alienatione omni intellectu careat, nec subest vlla suspicio, matrē ab eo simulatione dementiæ occisam, potes de modo pænæ eius dissimulare, cum satis furore ipso puniatur: & tamen diligentius custodiendus erit, ac si putabis etiā vinculo coercendus, quoniā tam ad penā, quam ad tutelam eius, & securitatem proximorum pertinebit. Si verò, vt plerunq; adsolet, internallis quibusdā sensu saniore, non fortè eo momento scelus admiserit, nec morbo eius danda est venia, diligenter explorabis: & si quid tale

compereris, cōsules nos, vt estimemus, an per immanitatem facinoris, si cūm posset videri sentire, commiserit: supplicio adficiendus sit. Cūm autem ex literis tuis cognouerimus tali eum loco, atq; ordine esse, vt à suis, vel etiam in propria villa custodiatur, rectè facturum nobis videris, si eos à quibus illo tempore obseruatus esset, vocaueris, & causam tantæ negligentiae excusseris, & in vnumquenq; eorum, pro vt tibi leuari, vel onerari culpa eius videbitur, cōstitueris. Nam custodes furiosis non ad hoc solūm adhibētur, ne quid perniciosius ipsi in se moliantur, sed ne alijs quoque exitio sint. Quod si committatur, nō immeritō culpæ eorum adscribendum est, qui negligentiores in officio fuerint.

I Tres esse delinquendi causas, quibus impulsī homines peccent, ab Academia didicimus: voluptatem scilicet, atque ignorantiam, & quæ earum medium tenet ira. Quas omnes non solum inspicere legumlatores & eorum ministros iudices oportet, in pararum constitutione: sed & ad hos affectus, motus considerare necesse est. Quamuis enim iam satis constet, cupiditatis supremum: iræ medium, ignorantia.

ignorantia infimum esse supplicium. Sciendum est tamen & hanc quoque ignorantiam (quæ in simplicem, & duplicem partitur) debere, vel seueriori, vel leuiori animaduersione plecti. Simplicem autem accipere debemus: quæ cūm ipsi ignorantia nota sit, leuium quidem peccatorum est causa: duplicem verò vocamus, quando non ignorantia solum quispiam detinetur, sed etiam sapientiae opinione inflatus, quæ omnino ignorat, ea se scire exactè prorsus existimat. Sed & illud quoque aduertendum est, moueri animum, & incitari ad has peccandi causas, aut vi & aperte, aut clam & cum deceptione, vel nonnunquam utroque modo: quæ sunt omnia attentè delictorum vindicibus consideranda. Rem enim agunt difficilem & diuinū iudicium desiderantem, cūm de punitione malefactorum cōsulant. Necesse est namq; intelligant, eatenus sibi fasces, securesq; concedi, quatenus salutis reipublicæ congruit, non vt inimicitias, atq; odia prosequantur. Attendenda igitur sunt supradicta, quæ quo plus virium habent, eo magis nos apud iudices vel accusare, vel excusare debent. De quibus singulis longum profectò esset sigillatim disserere, & aduersus nostrum in hoc opere institutum. Qua-

4 propter ex ijs prasuppositis, quod magis ad nos atti-
 net desumentes, eam arbitramur huius dispositio-
 nis esse rationem, quod furiosus non solum ignora-
 tione peccat, sed & ignorantiam ira impellit: imo
 5 verius ab irata ignorantia vi ad peccatum im-
 pellitur. Hoc est enim inter sanae mentis homi-
 nes, & dementes, atque furiosos discrimen,
 quod quamvis ambobus voluptas, ira, & igno-
 rantia sint offendendi irritamenta, tamen sani
 ideo puniuntur, quia sponte vincuntur ab affe-
 ctibus, quibus dominari ratione possent: furio-
 sis vero ideo indulgetur, quia inuiti, & relu-
 6 etantes superantur. Quid autem si huius nego-
 tij rationem ad caelestem, supremamque sapien-
 tiam referamus? Nonne quantum magis ad Deum,
 rerum omnium causam, accesserimus, tanto pro-
 pius legum principium, & originem, iuriumque
 purissimum fontem, incomprehensibilia iudicia
 scaturientem degustabimus? Duarum igitur
 partium, sine quibus rempub. contineri non pos-
 se, supra ostendimus, bipartiti ministri sunt.
 Quidquid enim praemij, vel ex voto diuina pro-
 uidentia concedit, vel praueeniendo impartitur,
 ministris id sacerdotibus plerumque fit, qui di-
 spen-

spensatores sacramentorum, mediatores sunt
 Dei & hominum. Alterius autem partis, quae
 ad penas improbis infligendas pertinet, ministros
 saepe, ignorantes prorsus quid agant, vel etiam
 inuitos, à summo iudice constitui, constat. Non-
 ne vides qualiter. 3. reg. 22. quamvis rex Israel
 mutato habitu ingrediatur bellum, tamen illud
 eueniat, ut vir quidam tendens arcum, & in in-
 certum sagittam dirigens, casu percutiat regem
 Israel inter pulmonem, & stomachum, nempe ut
 adimpleatur quod sibi à Michea propheta domi-
 ni praedictum fuerat, casurum scilicet illum in
 Ramoth Galaad? Rursus. 4. reg. 7. iuxta Helisai
 verbum, nonne dux ad portam Samariae consti-
 tutus, à praterente populo conculcatus, &
 contritus, incredulitatis penas dedit? Sunt igitur
 saepenumero diuina iustitia vindices, ij quos
 cades absque animi proposito committere vide-
 mus. Qui non solum castigandi non sunt, verum
 & eis, iubente domino Deut. 4. & 19. consti-
 tuendae civitates sunt, ubi possint euadere, ut non
 effundatur sanguis innoxius in medio terra. Me-
 rito ergo in lege nostra decretum est, de pana eo-
 rum, qui non odio, sed mentis alienatione peccasse
 H 4 noscuntur,

7 noscuntur, posse dissimulari. Id aut̄ intelligendum est, ut pro dementia gradu, sit etiam indulgentia locus. Quod ut facilius cognoscatur, scire oportet, quod nos proprie furorem dicimus, hoc est, mentis ad omnia cacitatem, id à græcis parum hac in re verbo valentibus, ^{μελαγχολία} nominari: quasi verò atrabile solum mens, ac non sæpè vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Huius autem (ut cunque libeat appellare) plures à Paulo Ægineta, reliquisque medicina professoribus, enumerantur species. Interque reliquas alienatio quædam mentis sine febre, quæ occupante cerebrum, intellectus sedem, melancholico humore, magna ex parte prouenit: nonnunquam ipsomet cerebro per se affecto, interdum verò uniuerso corpore commutato. Sed & alia quædam melancholia species est, quæ flatuosa, & hypochondriaca, à præcordijs nuncupatur. Quarum omnium specierum eadem, communesque pariter omnium sunt notæ: metus, maestitia profunda, hominum odium, & auersio. Ex quibus sunt, qui se se animalia quadam brutæ, & ratione exortia esse autument, & amulentur voces eorum. Alij verò figulina ex argilla etiam vasa se putant, & ne commi-

8 comminuantur, expauescunt. Alij mortis desiderio tenentur. Quidam contra, mortis formidine miserrimè torquentur. In aliquibus risum perpetuum, & in alijs luctum cum fletu cernere est. Nonnulli incitari sese maiore quodam numine videntur, vaticinanturque futura, haud aliter quàm diuini, aut numine afflati. Et ut idem Paulus ait, si quando præssat a plus æquo flaua bilis, in atram facta fuerit permutatio, ^{uaria} id est furiosam dementia inferre assolet, in qua ferocius, quàm in melancholia, more ferarum, sauiunt: adeo ut si qui incautius circa eos versentur, violenta manu vapulent. Quæ de re multa Cornelius Celsus lib. 3. cap. 18. Quæ omnia eo dicta fuerint, ut intelligamus hos miseros homines, onerare asperioribus coercionibus superuacuum esse, quinimo è contrario unumquemq; eorum, gerere pro cuiusque natura, si sanos illos volumus, esse necessarium: sapiusq; quod sine nostro damno fiat, assentiendum, quàm repugnandum, paulatimque & non euidenter ab ijs quæ stultè dicuntur, ad meliora mentes eorum abducendas. Si qui verò inter eos sunt, qui violentius se gerant, vinciri primum conuenit, ne vel alteri, vel sibi nocent,

H s ceant,

cèant, ad cognatosque et gentiles, ut proverbio di-
 citur, deducendi. Quod expresse his duabus legi-
 bus precipitur, & idem statuit Plato lib. II. de le-
 gibus, dicens. Nemo furiosus palàm in urbe cer-
 9 natur, sed furiosum propinqui domi quomodocumq;
 possint, custodiant. Quod nisi fecerint, multentur,
 qui maximi census sunt, drachmis centum, siue
 seruum, siue liberum minus diligenter custodiant:
 qui secundi, quatuor de quinque minæ partibus.
 qui tertij, tribus: & duabus, qui quarti. Quod no-
 tare oportet, ad postremam huius capituli par-
 tem. Ego ad hæc, si custodum fortè negligentia,
 quid acrius à furioso committeretur, quale est
 10 parricidium, ut in lege hæc, crederem custodes, vel
 fustibus castigari posse, argumento. In nam salutem
 ff. de offic. præf. vigi. dum ait, & quia ple-
 runque incendia culpa fiunt inhabitantium,
 aut fustibus castigat eos, qui negligentius ig-
 nem adhibuerunt, aut seuera interlocutione
 comminatus, fustium castigationem remit-
 tit. Quam arbitror notabilem esse dispositionem,
 & peregrinam, quod etiam ubi non est dolus, sed
 culpa præsumpta, aut negligentia, puniri quis pos-
 sit corporaliter: est nanque cõmunis regula in con-
 trarium,

trarium, de qua per doctores, in l. offa. §. fin. ff. de
 relig. & sump. fune. et in l. ligitur. §. infans. ff. de lib.
 caus. Quod verò ad ipsos furiosos attinet, si quid II
 leuius manu commiserint, posse præsidem de modo
 pena eorum dissimulare. Diuus Marcus, & Co-
 modus Scapula Tertullo rescripserunt cum satis
 furore ipso puniantur: à Deo nanque immortali,
 quæ maior homini est pena, furore, atque demen-
 tia. Nisi fortè in tragedijs, quos umbere, ac dolore
 corporis cruciari, ac consummi videmus, gratio-
 res Tonantis iras subire, quàm illos qui furentes in-
 ducantur, putamus. Non sunt profectò Philocteta
 eiulatus, gemitusq; tam miseri, quànquàm sunt acer-
 bi, quàm exultatio Athamantis, & quàm formidini
 matricidarum. Nam corporis quidem nostri infir-
 mitas multos subit casus per se, deniq; ipsum cor-
 ruptenuissima de causa sæpè cõficitur, summi vin-
 dicis tela in impiorum mentibus figuntur. Quare
 miseres sumus, cum in omnè fraudem rapimur
 oculis, quàm si omnino oculos nõ haberemus. Si ve-
 rò immane aliquod facinus cõmissum sit, excutere
 diligenter oportet, sit ne simulatione demerita cõm-
 missum. Portentum siquidem, atque mōstrum cer-
 tissimū est, esse aliquem humana specie, & figura,
 qui

qui tantum imminitate bestias vicerit, ut propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit: cum etiam feras inter se, se partus atque educatio, & natura ipsa conciliet. Quod si sensu saniore scelus admissum sit, eoque momento, cum posset videri sentire, commissum, nullam dari morbo veniam, sed merito
 12 affici supplicio reum, leges praecipunt. Verum qua pena, qua tormenta, qui cruciatus tanto erunt scelere digna? Solon prudentissima civitatis sapientissimus, cum interrogaretur cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit se id neminem facturum putasse. Plato autem lib. 9. de legibus, ultimis supplicijs, caedis, impietatis, sacrilegij subiectum esse huiusmodi hominem docet, qui sacrilegio, genitoris animam abstulit. Quare si possibile est, inquit, sapius aliquem mori, iustissimum est sapius parricidam interfici. Si tamen liquido constiterit, furiosum eo ordine, atque eo loco fuisse, ut nulla putetur suspicione, matrem ab eo simulatione dementia occisam, posse iudicem de modo pena eius dissimulare, nostra lex docet, & idem Plato lib. 9. de legibus in fine iubet. Et tamen diligentius custodiendum Modestinus
 iuriscor-

iuriconsultus ait, in l. pena parricidij. ff. ad l. Pöp. de parricid. §. fin. dicens. Sanè si per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus est, ut divi fratres rescripserunt, super eo, qui per furorem matrem necauerat. Nam sufficere furore ipso eum puniri, diligentiusque custodiendum esse, aut etiam vinculis coercendum. Quoniam ut in lege nostra refertur, tam ad penam, quam ad tutelam eius, & securitatem proximorum pertinebit. Quibus verbis probari videtur, carceres
 13 in penam dari posse: idque aperte à Cicerone confirmatur lib. 7. in Verrem, dum ait. Dicit rem publicam administrari sine metu, ac seueritate non posse. Quare quam obrem fasces praetoribus praefertur? cur secures datae? cur carcer adificatus? cur tot supplicia sint in improbos more maiorum constituta? Et idem Cicero in L. Catilinam ad Quirites, sentiet, inquit, in hac urbe esse consules vigilantes, esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem, quem vindicem nefariorum, ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt. Et idem Cicero pro L. Sylla ait, quis de C. Cethego, atque eius in Hispaniam profectio, ac de vulnere Q. Metelli Pij cogitat, cui non ad illius penam,
 carcer

carcer edificatus esse videatur? Omitto. l. 1. S. fin. ff. de alea. l. 1. §. aleat. §. l. capitalium. S. eum qui imaginem. ff. de pen. et. l. senatus consulto. ff. de iniurijs, quibus omnibus hac eadem sententia comprobari videtur. Est tamen è regione text. contrarius in. l. aut damnum. S. solent. ff. de penis. ubi dicitur. Solent etiam præfides in carcerem continendos damnare, ut in vinculis contineantur, sed id eos facere non oportet, nam huiusmodi pænæ interdictæ sunt: carcer enim ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet. Pro quorum intelligentia, ego dupliciter pænarum impositionem considerandam censeo: aut enim pena imponitur propter utilitatem publicam, ne scilicet peccandi detur occasio, aut punitur quis non principaliter respectu publicæ utilitatis, ut cæteris exemplo sit, sed potius ut ipse resipiscat, ad melioremque frugem vitæ redeat. In prima specie nõ licet carcerem in pnam dare, cum peccatis singulis, pena sint singulis legibus stabilita. Vbi verò salus priuati quaritur, non indecens est, illum carceribus coercere. Atque hinc est, quod cum pna iuris canonici, non sint in ultionem delicti principaliter, sed simpliciter imponantur, ut delinquens lucrifaci

ciat animam penitentia, pna perpetui carceris à iure canonico permessa est. c. ut commissum. S. ut eorum. de heret. lib. 6. c. si episcopus 50. dist. c. si ille 7. q. 1. c. peruenit. 16. q. 6. Differt igitur custodia¹⁶ de qua lex hac loquitur, ab carcere de quo dicta. l. aut damnum, quod hic §. saluti furiosi, §. securitatis proximorum consulitur: illic nocentes homines nõ puniuntur, sed ad pnam seruantur. Atque id arbitror à Platone significari, de legibus lib. 10. dñ ait. Tres sunt in ciuitate carceres, unus pluribus communis, in foro rerum venalium, ubi multi, ne fugiant, custodiantur. Alter ubi catus eorum fit, qui nocte cõgregantur, correctionis nomine appellatus. Tertius in media regione, ubi quàm maximè desertus syluestrisque locus est, supplicij nomine notatus.

15. Marcianus libro primo de iudicijs publicis.

Illud obseruandum est, ne qui prouinciã regit fines eius excedat, nisi voti soluendi causa, dñ tamen abnoctare ei non liceat.

Qui prouinciam regit. Consonat. l. nullus C. de off. rect. prou. Nec obest. l. 1. §. clarissimis. C. de dignitatibus lib. 12. ubi datur clarissimis §. spectabilibus copia discedendi, etiã sine comeatu. Quã consti-

constitutionem, Vacca & Corasius de his intelligunt, qui non gerunt administrationem. Vel illud de senatoribus accipe, quibus prohibuerat Augustus, Italia excedere, ut auctor est Dion. lib. 52.

2 Voti soluendi causa. Ut intelligamus, quid sit quod iurisconsultus ait, praesidi non licere fines provinciae excedere, nisi voti soluendi causa, illud primum necesse est scire, quae fuerit tanta votorum soluendorum religio, ut hac una occasione, provinciam regenti id liceat, quod in reliquis omnibus lege sibi novimus interdictum. Fuit autem Romanis mos, ut proconsules, reliquique magistratus profecturi in provincias, prius in urbe, in Capitolio scilicet, palam solenni ritu vota nuncuparent immortalibus Dijs, vel templis numinibus, vel dona templis, vel ludos populo vocentes, si re feliciter gesta reuertentur. Quae quidem vota, illis absentibus, in tabulas referebantur, & in reditum usque ad servabantur. Id licet innumeris historicorum testimonijs possit probari, pauca si Livij verba recitavero, omnibus me fecisse satis arbitrabor: is lib. 2. Deca. 5. ita ait. Eo die decrevit senatus. C. Popilius Cos, ludos dies decem Iovi Optimo Maximo voueret: dona quoque circa omnia pulvinaria dari, si res. decem annos

annos in eo statu fuisset. Ita ut censuerant in Capitolio vouit Cos. ludos fieri, donariaque dari. Et eodem lib. 2. Per hosce, inquit, dies. P. Licinius Cos, votis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe profectus est. Hac illa. Quod ubi factum fuerat, iterum urbem ingredi, nefas habebatur. Cicero lib. 7. in Verrem. Alterum quod cum paludatus exisset, vota quoque pro imperio suo, communi quoque Populi Romani nuncupasset, noctu stupri causa, lectica in urbem introferri solitus est, ad mulierem nuptam uni, propositam omnibus, contra fas, contra auspicia, contra omnes diuinas, atque humanas religiones. Quibus verbis aperte docemur, magistratibus, votis nuncupatis, ab urbe egressis, non licuisse in urbem redire, donec sibi successum esset: quod si contra fecissent, censeri illos contra auspicia fecisse. Mansit autem consuetudo hac nuncupandi vota, magistratibus in provincias profecturis, pro aeternitate imperij, salute quoque Augustorum, usque ad tempora inclinationis imperij: eo vero procedente, huiusmodi mos ita familiaris est factus, ut passim, vel pro imperatorum, ceterorumque magistratuum, vel pro sua, suorumque salute, vota quivis susceperit. Cuius rei plurima sunt ac vetustissima

I exempla,

exempla, & refertos innumeros antiquissimos lapides, huius rei titulis testibus, Roma videmus.

3 Præstandorum igitur votorum religionem, huius dispositionis causam, rationemq; esse puto, quod scilicet, quæ semel quisque suscepisset vota, nefas erat negligenter, non suscepto & tempore, & loco persolvere. Oportet nanque eos qui aliquid boni agunt, non segniter & oscitanter facere, sed incunctanter quicquid impedire sanam, & religiosam mentem potest, amoliri. Est autem optimum opus & sanè excelsum, summi boni perpetua & sine intermissione placatio. Ideoq; præceptū extat æquissimum. Deut. 23. Cū votum voueris domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requirit illud dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Quæ una occasione, si licet magistratibus provinciarum excedere, non tamē pernoctare, hac verò cessante, crimenerat exire de provincia, ut & hac lege ostenditur, & huius peccati reum Pisonem Cicero accusat, dicens. Hic si mentis esset sua, nisi panas patriæ, dijsq; immortalibus, eas quæ gravissima sunt, furore, atq; dementia penderet, ausus esset? mitto exire de provincia, educere exercitum, bellum sua sponte

sponte gerere, in regnum inuissu populi, aut senatus accedere, quæ cum plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia maiestatis, Iulia de pecunijs repetundis, planissimè vetant.

Dum tamen abnoctare ei nō liceat. Quod Accursius putat, hodie voti soluendicausa licere 4 magistratui extra provinciam abnoctare, quia diuina litera aiunt, vouete & reddite. Raenas & Albericus cū distinctione accipiunt. Aliud enim in officialibus perpetuis esse, aliud in temporalibus, scribunt: rursus aliud si ante susceptum magistratum, votum nuncupatum sit, aliud si post. Vacca sine distinctione improbat: quia antè suscepta obligationi, per subsequens votum præiudicare nō potest. Nec est audiedus, si dicat se prius vouisse, debuerat enim de eare certiozem facere principē: vel voti solutionem à pontifice impetrare.

16. Macer libro primo de officio præsidis.

Senatusconsulto cauetur, ut de his, quæ provincias regentes, comites, aut libertini eorū, antequam in provinciam venerint, contraxerūt, parcissimè ius dicatur, ita ut actiones quæ ob eā causam institutæ non essent, posteaquā

I 2 quis

quis eorum ea prouincia excefferit, restituantur. Si quid tamen inuito accidit, veluti si iniuriam, aut furtum passus est, haecenus ei ius dicendum est, ut litem contestetur, resq; ablata exhibeatur, et deponatur: aut fisci, exhiberiue satisfactio promittatur.

Quandoquidem sufficienter à Bart. Bal. Alberi. Coras. Costal. Oros. & Eguinario hoc loco, quæ ad rem maximè pertinent, dicta sunt, non est cur ab eis tradita, & nos quoque repetamus. Quæ propter nonnulla tantummodo breuiter annotabimus, quæ ab eis constat esse prætermissa. Omisissis igitur pluribus huius dictionis significatibus, quæ nihil ad nos, comites in nostro proposito accipere debemus, sicuti alibi Labeo I. C. definit, eos qui frequentandi cuiusque causa, ut sequantur, sunt destinati. Quemadmodum apud Ciceronem lib. 8. ad Atti. epist. 1. dum ait: ei statim rescripsi, hominèq; certum misi de comitibus meis, non me querere, ubi tutissimè essem: si me vellet sua, aut reipub. causa Luceriam venire, statim esse uenturum: & in lib. quoque de Orato. omnes artes, comites, ac ministros oratoris esse dixit. Vnde apud Romanos principis comitatus dicebatur, quod modo au-

lam.

lam, curiamse nominamus. & quicumq; primi ordinis viri Augustum comitabantur, dicebantur comites, ut ex historijs apparet. Quos omnes, utpote sibi comites, ac familiares, & liberos, magistratus reipublicæ præstare tenentur, ne gratia frætus prouinciales vexet, putentq; quidquam plus iuris esse sibi in subsellijs, quam vel obscurissimò prouinciali. Ex quo optimè à Cicerone scriptum lib. 1. ad Q. Fra. epi. 1. his, inquit, in rebus iam te usus profectò erudiuit, nequaquam satis esse ipsum hæc habere virtutes, sed esse circumspectiendum diligenter, ut in hac custodia prouincia, non te unum, sed omnes ministros imperij tui, socijs & ciuibus, & reipub. præstare uideare. Et Actio. 4. in Verre ministros, dixit, manus esse prætoris, et omnes illorū sordes, ad illius uel cupiditatem, uel ignauiam referendas.

Posteaquam quis eorum prouincia excefferit. Hinc colligit Albericus, legem hæc in officia libus annalibus locum sortiri: secus autem in magistratibus perpetuis, uel dubijs, qui equiparantur perpetuis: & quod officiales possint agere, & conueniri, dicit esse argumentum bonum in l. præsidis ff. si cer. pet. quia aliàs esset magnum periculum in mora. Quibus uerbis innuere uidetur præsidis

I 3 prouincia

provinciæ annales fuisse. Alci. contra lib. de magistratibus: sane, inquit, proconsulū magistratus annuus, praesidum certus finis non erat, sed in officio perseverabant, donec successor à Caesare mittebatur: & in l. praesidis. ff. si cer. pet. a. nu. 3. ait, proconsules quidem, & praetores annui erant, praesides vero provinciarum ad libitum Caesaris constituebantur. Ego si tempora distinguantur, utrumque verum dicere arbitror: initia enim imperij praesides non temere mutari solitos, sed potius, ut ex Capitolino in Pio colligitur, in septenos, novenosque annos in provincijs bonos praesides ab Augustis detineri solitos, scire oportet. Quinimo Tyberij mos fuit continuare imperia, ac plerosque ad finem vitæ, in eisdem exercitijs, aut iurisdictionibus habere. Postmodum vero inclinante imperio, ut Cassiodorus lib. 6. auctor est, rectura provinciarum duntaxat in annum concedebantur: & idem Cassiodor. lib. 7. in formula praesidatus. Prudenter, inquit, omnimodis insperavit antiquitas, provinciarum dignitates annua successione reparari: ut nec diutina potestate unus insolesceret, & multorum prouectus gaudia reperirent. Sufficit enim unicuique discessisse laudatum, quia dum tempus potestatis prolixum queritur, cul-

parum

parum opprobria non vitantur. Illa enim ceteri in breuitate declinare mirabile est, dum frequenter & his surripiunt, qui à fascibus sub velocitate discedunt. Annus uniuersus & ad declaranda conscientia bona sufficit, & facilius se ab errore custodit.

17. Celsus libro tertio digestorum.

Si forte praeses provinciae manumiferit, vel tutorem dederit, priusquam cognouerit successorem aduenisse, erunt haec rata.

Si forte praeses provinciae. Hoc caput, non in ordinario solum habere locum, sed etiam in legato, Baldus recte putat, atque de sentire videtur Albericus.

Manumiferit. Id est, ut Accursius ait, auctoritatem consiliumque praestiterit manumittentibus.

Vel tutorem dederit. Exempla voluntariae iurisdictionis, non contentiosa, legem istam proposuisse existimo, quia litibus frequentius praesides, iudices dare solerent, non autem manumissiones, adoptiones, tutorum dationes delegare. Unde in l. 2. ff. de off. procons. dicitur. Apud legatum proconsulis nemo manumittere potest, quia non habet iurisdictionem talem. et in l. 3. subiungitur. nec adoptare potest, omnino enim non est apud eum legis actio. Alias quaecumque à praesidibus gesta sunt,

I 4 priusquam

priusquam cognouerint successorem aduenisse, merito rata habetur. Nec solum quæ gratia sunt: sed, ut Eguinarius ait, & quæ iustitia, & necessitatis. Unde argumento huius legis Corasius, in sacerdotiorum paraphrasi: 2. p. cap. 8. scribit, quod si à vicario reuocationem ignorante, collatum fuerit beneficium, tenet collatio: quod pluribus exemplis ipse confirmat.

3 Priusquam cognouerit. Quod si simulans senescire sibi successum, præses ius reddat, non solum ille iniquè agit, verum & successor iniuriam pati dicitur. Cicero lib. 5. ad Att. epist. 17. Appius noster cum me aduentare videret, profectus est Tarsum usque Laodicea, ibi forum agit, cum ego sum in provincia: quam eius iniuriam non insector: satis enim habeo negotij in sanandis vulneribus, quæ sunt imposita provincie. Acriusq; ad eundem Appium Pulchrum prædecessorem suum in provincia, Cicero lib. 3. epistolarum scribens queritur, equidem, inquit, malevoli homines (latè enim patet hoc vitium, & est in multis) sed tamè probabilem materiam nacti sermonis, ignari me aconstantia, conabantur alienare à te voluntatem meam, qui te forum Tarsi agere, statuere, multa decernere, iudicare

care dicerent, cum posses iam suspicari tibi esse successum: quæ ne ab ijs quidem fieri solerent, qui breuitempore sibi succedi putarent. Unde arbitror ansam. l. obseruare. S. rectè ff. de offi. procôs. disponendi datam, dum ait. Rectè autè & ordine faciet, si edictum decessori suo miserit, significetq; qua die fines sit ingressurus. Plerunque enim incerta hæc, & inopinata turbant prouinciales, & actus impediunt.

4 Successorem aduenisse. Successorè aduenisse se intelligere debemus, eo iam provinciã ingresso, non antè. Meminisse enim oportet, quod in. l. 10. ff. de off. procôs. scriptum est, usq; ad aduentum successoris, omnia debere procôsulem agere, cum sit vnus proconsulatus, & utilitas provincie exigat esse aliquè, per què prouinciales negotia sua explicent. Ergo in aduentum successoris debet ius dicere. Quibus verbis monstratur legem nostram, non solum in actibus voluntaria iurisdictionis veram esse, sed & in contentiosa procedere: quod apertè indicatur illis verbis, ergo in aduentum successoris debet ius dicere.

5 Erunt hæc rata. Nimirum quia hoc loco, ignorans potest, quod non posset sciens. Quamquã aliàs I s deterior

deterior ignorantis cōditio sit, in l. Labeo. ff. de usu cap. scientiam vel ignorantiam nō esse de substantia negotij, Accursius, Bartolus respōderunt, idem Orosius scribit, Albericus verò multipliciter distinguit. Quod autem Vacca hac lege probari putat, proconsulem postquam ei successum est in provincia, non habere voluntariā iurisdictionem, quā uis insignia imperij retineat, quicquid Accursius contradicat in l. fin. ff. de off. procons. hunc nodum, supra in l. 3. explicasse me arbitror.

18. Modestius libro quinto regularum.

Plebiscito cōtinetur, ut ne quis præfidum munus donum caperet, nisi esculentū, potulentū, quod intra dies proximos prodigatur.

I Plebiscito cōtinetur. De repetundis latae fuerunt leges Acilia, Cæcilia, Calpurnia, Cornelia, Iulia, Servilia, Vatinia, aliæq; de quibus Paulus Manutius, et Hotomanus multa scripsere: quam earum Modestinus intelligat, an potius de aliquo alio plebiscito agat, non liquet.

2 Ut ne quis præfidum. Huius decreti aequitate auget, splendendum præsidibus assignatum stipendiū, ne ulla necessitate excusari possint, si quid minus
integre

integre gesserint. Eadem enim lege Iulia repetundarum vindice, senum magistratibus concedebatur, ut probatur ex Cicerone lib. 5. ad Att. epi. 16. dum ait. Scito, nō modo nos senum, aut quod de lege Iulia dari solet, nō accipere, sed ne ligna quidem, nec præter quatuor lectos, et tectum, quenquā accipere quicquā. Transita quoq; eadem lege Iulia cōcessa, idem Cicero, eodem lib. epi. 21. innuit dicens. L. Tullium legatum, Julia lege, transit a semel tantum in die accepisse, non ut alij solebāt omnibus vicis. Honorarium etiam proconsulibus olim in provincias aduenientibus, honoris loco, veluti bene ominandi gratia, dari solitum Budeus probat, in dicta. l. solent. §. quantum. Pecuniam quoq; anniuersariā, pro cēsu, provincias magistratibus dare in usu fuisse, Cicero docet lib. 5. ad Att. epi. ult. Homines, inquit, nō modo nō recusare, sed etiā hoc dicere, se à me soluere: quod n. pratori dare cōsueissent, quoniā ego non acceperā, se à me quodammodo dare, atq; etiā minus esse aliquanto in Scaptij nomine, quā in vetigali pratorio. Stipendiū verò à Cæsaribus quotānis præsidibus datū, Læpridius in Alexandro scribit dicens. Iudices cum promoueret exēplo veterū, et argēto et necessarijs instruebat: ita ut præsides
pro-

provinciarū acciperent argēti pondo vicena, phialas senas, mulos binos, equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, aureos centenos, coquos singulos, & si uxores non haberent, singulas concubinas, quod sine his esse non possent: reddituri deposita administratione, mulos, equos, muliones, et coquos: cetera sibi habituri, si bene egissent, in quadruplum reddituri si male. Quibus & illud addendū est, quod in lege nostra conceditur, et in. c. statutum. S. insuper de rescriptis lib. 6. ubi si propter causam sibi commissam, contigerit extra domiciliū proficisci, moderatas expensas à partibus exigere, iudici permittitur.

3 Munus donumue caperet. Paulus iurisconsultus in. l. inter. ff. de verb. sig. scribit. Donum inter & munus hoc interesse, quod inter genus & speciē. Nam genus esse donū, Labeo ait, vel à dādo, vel à donando dictum, munus speciē. Nam munus esse donum cum causa, ut putā natalitium, nuptiarum. Et Martianus in. l. munus. ff. de verb. sign. Munus propriè est, inquit, quod necessario subimus, lege, more, imperiōue eius, qui iubendi habet potestatem. Dona autē propriè sunt, quæ nulla necessitate, iure, officio, sed

sed sponte præstantur, quæ si non præstentur, nulla reprehensio est & si præstentur, plerumque laus est. Quod amplius ibi interpretatur Alciatus, et lib. 3. Dispunct. cap. 13. Quamquam vel ipsos iurisconsultos, de hac re Franciscus Floridus reprehendat, libro de iuris civilis interpretibus. Aliiter quoque dona à muneribus distinguit Philo Iudaus lib. 2. legis allegoriarum. Observa, inquit, dona differre à muneribus. Illa enim magnitudinem perfectorum bonorum præ se ferunt: quæ Deus perfectis donat gratuita: hæc intra parvū modū contrahuntur, quorū participes sūt generosi exercitatores proficientes adhuc. Quam eandem differentiam, idem Philo iterum repetit libro de Cherubin, & flammeo gladio.

4 Nisi esculentum potulētumue. Id est quod ad esum & potum pertineat, præter ea, quæ illis concessa quoque suprā ostendimus. Idem iure pontificio constitutum est à Bonifacio octavo in dicto. c. statutū. S. insuper. de rescript. lib. 6. Iure civili Hispano, etiam esculentis & potulentis, iudicibus salariatis interdictum est: ut hoc loco Oroscius, Villadiego de Hereticis, & Auendanius de exeq. mand. reg. hisp. 1. p. cap. 2. probauerunt: idem esse de iure

iure cōmuni, ex imperatorū placitis cōtendentes.
 Quod intra dies proximos prodigatur.
 5 Proximos dies, alij duos, alij tres interpretantur.
 Albericus hic, & pontificij iuris glossagrophus in dicto. S. in super, ab iudicis id arbitrio pendere, pro qualitate personarum, rectè scribunt.

19. Callistratus libro primo de cognitionibus.

Observandum est ius reddenti, ut in ad eundo quidem facilem se præbeat, sed contemni non patiatur. Unde mandatis adijcitur, ne prædes provinciarum in ulteriori familiaritate provinciales admittant. Nam ex conversatione equali contemptio dignitatis nascitur. Sed & in cognoscendo, neque excandescere aduersus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosum in lacrimari oportet. Id enim non est constantis & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Et summatim ita ius reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat.

Decreueram, illustrissimè princeps, cum adhuc ius legis interpretationem veterum esset, iudicem ab ipsis, quod aiunt, cunabulis instituere, quasque virtutes habere eum oporteat, & quæ maximè vitia fugere

gere cōueniat, demonstrare. Deterruit autem me iam in opustextem, & ab incepto desistere sumpsit, quod cum à veteribus scriptoribus materiam peto mei operis, adeo multa de ea re, & verissima et absolutissima scripta reperi, ut non dubitè eum, cum otiosos, & philosophi, & oratores non persuaserint, mihi dicti minimè crediturum. Ne autem festiui acroama sine corollario discedat, non omnia iudicium munerum enumerare conabor: neque enim opus est, neque fieri commodè nunc potest: tantummodo uniuscuiusque de varijs in hac lege indicatis generis, & rationem, & exempla proponam. Illud verò in primis annotandum est (demonstratum quidem difficile, valde tamen necessarium) virtutis partes ab speciebus virtutis dissentire sæpe, & longè differre. Id & implerisque virtutibus, & in fortitudine, cum temperantia collata, facile perspicitur. Fortitudinem namque virtutis vel præcipuam esse partem, nemo ambigit. Temperantiam autem & à fortitudine longè diuersam, & tamen eiusdem virtutis partem, cuius est fortitudo, cognoscimus. Nonne cum aliquem fortè virum describimus, velocitatem, vehementiam, robur, et audaciam eius laudamus, ut virtutis illius partibus omnibus instructum indicemus? quid cum de temperantia agitur? nonne quietè mollem,

mollem, tarditatem opportunam, & securam eius maturitatem, magnis extollimus encomijs. In facilitate similiter, & authoritate, de quibus in lege nostra, quis non videt, quam diuersi commendentur effectus? Laudatur multis nominibus Iulius Caesar, sed eo precipue, quod obliuisci nihil soleat, nisi iniurias. Simultates enim contra nullos unquam tam graues excepit, ut non occasione oblata libens deponeret: homo & natura ad ulciscendum lenissimus, & animo, atque ingenio ad parcendum promptissimus. Amicos tamen semper facilitate & indulgentia tractare solitus, ut. C. Oppio, committantise per syluestre iter, correptoque subita valetudine, et in diuersorio, quod in eo loco unum erat, cesserit, & ipse iam rerum potens, humi, ac sub dio accubuerit. De Aug. quoque Cesare dicitur, promiscuas admisisse salutationes, & tanta comitate aduentum desideria excepisse, ut quendam ioco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephantostipem. Est igitur facilitas virtutum omnium gratissima, & ad conciliandos hominum animos, inuendamque gratiam, & beneuolentiam aptissima. Nihil est enim iucundius ciuibus, neque potior feruentibus animis recreatio, quam si intelligent patere

tere eis principis aures, facilemque suis desiderijs præberi aditum. Quæ una re potissimum magistratus omnes in officio continentur, si nouerint, eorum peccata regem ipsum latere non posse, licereque unicuique iniuriam passo, regiam implorare opem, & auxilium poscere. Quod si sciant miserorum clamoribus, & oppressorum uocibus principum obtinatas aures, nihil mirum si apud mercenarios iudices, vincant inopiam diuitia, solitudinem gratia, & imbecillitatem potentia. Omitto quæ ex facilitate facilis & benignus percipiat commoda: moneatur siquidem, & aliorum narrationibus instruitur: quæ illum latebant perdiscit: & alieno exemplo, quæ reprehendi possent, corrigit, ac mutat. Quæ propter sapienter M. Antonius cognomēto Pius Caesarum omnium, & sapientia studijs, & uita innocentia optimus, probos quosque & prudentes viros, summa facilitate non solum admittebat, sed ad se clam accersiri iubebat, et remotis arbitrijs, quid de se quisque sentiret percontabatur: paratus quacunque in re communis utilitas id exposceret, mutare sententiam: cautiore, uerioresque reddens eos, qui sibi in consilio aderant, uerentes, ne ille extra, quid opus facto esset, quæreret: ipsi uero aut ne

K gligentes

- gligentes, aut improbi adulescentes haberentur.
- 4 Quid nunc de severitate dicam? Quid iudices Casianos? quid M. Catonem commemorem? cum sciamus homines, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, auctoritate potius, & gravitate, quam aliqua alia ratione commoveri. Mario nonne, et Mithridati, maiestas, imperij, salutis tutela fuit? Non est neque auctoritati facilitas posthabenda, neque familiaritatis, & humanitatis habere nimium relaxanda. Nam utraque, quamvis inter se quodammodo repugnare videantur, unius tamen virtutis partes ambae existimanda sunt. Quoties autem vicissitudinem, opportunitatemque fuerint transgressae, contrarijs nominibus nuncupabuntur, virtutum choro indigna. Quemadmodum enim quae velociora, asperioraque & duriora sunt, non fortia, sed contumeliosa potius, petulantia, & furiosa nominamus, rursus quae tardiora & molliora sunt, timida, ineptaque dicimus, non temperata: nec aliter & summum ius, iniustitiam, & inanem clementiam, ignaviam appellare decet: unde morbi sunt omnium in rebus gravissimi.
- 5 Nam quemadmodum, qui tanquam seditiosae civis

si cives solent in civitate, ita ipsi in virtutum familia (unius exempli causa) modestiae student, contemnunt ceteras, eo deveniunt, ut et se ipsos, & reliquos exemplo perdant, (huius enim amoris ardore fit, ut dum suis privatim incumbunt operibus, sensim & ipsi imbelles, abiecti, eneruati que reddantur, & iuniores similiter emolliant, & effament) ita & ij qui vel populari aura prosecti, severitatis famam, vel nimium faciles, humanitatis captant indocte nomen, labuntur turpiter, neque iustitiae sacris ullo modo sunt iniuriandi. Non sunt enim veri aequitatis custodes, sed corruptores potius iuris, ac legum. Veluti qui bellicam laudem affectantes suos met cives ad bellum provocant, atque impellunt, non fortitudine, sed temeraria ambitione ducti. Vincere autem has partes, quae coherere non posse videntur, & contexere oportet ius reddentem hoc modo, ut in adeundo quidem facilem se praebeat, sed contemere se non patiat: id est, difficillimam illam societatem gravitatis cum humanitate, iudicibus necesse est consequi, ne illa in tristitiam, haec in petulantiam procedat.

Animus nāque ille, ut in Epinomide diuine dicitur, verè facilis existimandus est, qui tar dam, contrariamue naturam māsuete, & mediocriter possidet, fortitudinem admiratur, & temperantiam diligit. Ex quibus tela illa insignis, ciuili disciplina opus, conficitur iurium omnium finis, & praeclarissima, optimaq; textura complicatio, maiestatis, & benignitatis concordia, sine qua neque publice, neque priuatim rectè geri quid pot. est. Nam & sobrius nisi adsit liberalitas, sordidus et liberalis sine sobrietate prodigus efficitur. Rursumque magnanimus carens temperantia, petulans & superbus, atque animus pudore abundans, elationis verò animi, & fortitudinis expertus, segnior sit quàm decet, & extremo quodam torpore contrahitur. Vbi verò hac insimul cōnectuntur, integrum, & ex omni parte decorū praeuocet opus. Quemadmodū enim in patera vinum primò effusum bullit, & quasi laesciuit, demum tamen aqua sobrietate castigatū, atque commode dilutum, bonus et moderatus potus efficitur, ita & in iudice, ubi grauis maiestas benigna facilitate, opinionis eius de cōsensione temperatur, & utraque ingenia inuicem contextuntur, reipub. saluti, satius multò, aequiusque consultum facile

facile quisq; sentiet. Vnde meritò à Socrate praeceptū est, iuuenes pari industria, & musica, & gymnastica erudiri. Id autem non solum corporis, sed animi plurimum gratia: cum & ij qui gymnasticā solum per omnem vitam exercent, agrestiores, iracundi & duriores euadant, & musica rursus incumbentes, molles et effeminati reddantur. Vbi verò amba suauiter & modeste consonant, quidquid rusticitatis, & asperitatis ingenium contraxerat, circunsonans musica demulcet, iracundiam omnem, insolentiam & petulantiam, tanquam ferrū demolliens, suaues auribus infundens harmonias, & blandis modulis deliniens ferocem animum. Similiterq; & gymnastica, si quis in ea rectè erudiat, nervos quos ex animo musica exciderat, reficit, animositatem omnem, quam illa incumbens diutius liquefecerat, & resoluerat, tanquam segnem militē in aciem reuocat, & minis agit. Quo in studio si perseveret, virtute & authoritate clarus, in summa gratia & urbanitate degit. Quem si aliquando praesidem nacta ciuitas fuerit, tunc demū intelliget castissimū se iustitia sacerdotem consecutam, & absolutissimum musicum, qui facilitatem cum grauitate, pro tempore & loco, cale-

8 *sti contemperet harmonia. Vnde mandatis adi-
citur, ne praesides provinciarum in ulteriorem fa-
miliaritatem provinciales admittant. Demof-
thenem Athenis profugum, ad euntes iuvenes, à
reipublica cura conatum auertere, memoria pro-
ditum est: cum diceret, duabus propositis vijs
ad magistratum una, altera qua ad precipi-
tium ferret, electurum sine dubio exitium eum,
qui mala ea prauideat, in qua rempub. capeffen-
tes incidere necesse est, quam sit diligentia ple-
na simultatum, vituperationum negligentia,
seueritas periculosa, liberalitas ingrata, sermo
insidiosus, assentatio pernitiiosa, frons omnium
familiaris, multorum animus iratus, iracun-
dia occulta, blanditia aperta, vita denique to-
ta criminibus obnoxia. Quibus delicati quis-
quam stomachi postremum illud addidisset,
omni conuictu, & amicorum iucunditate ca-
rendum. Id enim vel Callistrato Iuriconsulto
authore, fecisse videretur, qui in familiarita-
tem admitti provinciales vetet. Multò verò a-
liter se se res habet. Longè nanque abest à pra-
clarissima iustitia virtute, ut in re quapiam de-
bitum officium impediatur, vel ius, quod à na-
tura*

*tura purissimo fonte deductum constat, natura
iura confundat, obturbetque. Tenendus igitur 9
modus, quem de hac re philosophus Taurus pra-
sidi Creteni praescripsit: in publicis locis, atque
muneribus, atque actionibus patrum iura, cum
filiorum, qui in magistratu sunt, potestatibus col-
lata, interquiescere paululum, & conuiuere. Sed
cum extrarempub. in domestica re, atque vita se-
deatur, ambuletur, in conuiuio quoque fami-
liari discumbatur, tum inter filium magistratum,
& patrem priuatum publicos honores cessare,
naturales & genuinos exoriri. Vnde Fabius dum
à filio consule descendere iussus, imperio pa-
ret, ipsum collaudat, cum imperium, quod po-
puli esset, retineret, sciens inter se maxima
concordia conuenire. Similiterque quod ad ami-
cos attinet, authoribus Theophrasto & Cicero-
ne, his finibus utendum esse arbitror: ut cum
emendati mores amicorum sunt, tum sit inter
eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum
sine ulla exceptione communitas: ut etiam si
qua fortuna acciderit, ut afflictae voluntates
amicorum adiuvanda sint, in quibus eorum aut
caput agatur, aut fama, declinandum de via sit,*

modo ne conscientia turpitudine sequatur. Est enim quatenus amicitia venia dari possit, quod tamē sine cuiusquā prauidicio fiat. De his nanq, qua in nobis sunt, amicis commodare conceditur, quantum alio loco disputabimus: futurum tamē id ē reipub. & reliquorum libertate atq, pace nemo ignorat.

10 Non igitur amicorum electio interdicitur, quorū sermo sollicitudinem leniat, sententiam consilium expediat, hilaritas tristitiam dissipet, cōspectus ipse delectet, sed vacuos in primis (quantum fieri poterit) à cupiditatibus eligere monemur: deinde non adeo in ulteriorem familiaritatem admittere, ut peccādi illis videatur concessa licentia, vel nos ipsos, dignitatemq, contemnant. Indignum est enim principis auctoritate, si tanquam Arideus recusetur rex, ne ille nomen regis, aliud imperium teneat, & sub persona regis, indignorum populus subiiciatur imperio. Qui gratia & potentia freti, dum nimium liberè atq, studiosè voluptatibus seruiunt, si ne iniuria potentiam leuem, atq, inopem esse arbitrantur, per alterius incommodum, & calamitatem sibi providentes. Interim misera plebs tot, tantisq, difficultatibus affecta, atque afflicta, ingenia à quibus salutem atque auxilium sperabat, vidēs

ad

ad perniciem conuersa, indigna prorsus pati cogitur, turpi principis infamia: quod sicut de Claudio dicitur, non tam suo, quam uxorum, & libertorū arbitrio, imperiū administraretur, talis ubiq, qualem esse eum, aut expediret illis, aut liberet. Retinenda est, vel cum familiaribus aliquando gravitas, & iocis etiā lusibusq, admiscenda, ne urbanitatis imagine ad dissolutionis, & petulantiam materiam deueniatur. Nam ex conuersatione equali contemptio dignitatis nascitur. Si verò quoddam in amici tuis desiderium inest, mores omnes quasi glutino quodam connectit, & vincit: è contra cōsuetudo satyra, ne que vllum habens per intermissionem temporis desiderium, alterum ab altero facietate disiungit. Quapropter quauis hominibus naturalis virtus humanitas sit, tamē quemadmodum cibus omnibus necessarius, alijs nimius, alijs parcus, quibusdā salubris, quibusdā pestilens dicitur, ita & personarū discrimine, ac dignitatum, urbanitatis gradus sunt pōderādi. Decet enim magis grauitas & auctoritas iudicem, quā priuatum: rur susq, maiestas atq, seueritas imperij sunt ornamenta, nō subditi. Admirari siquidem oportet, & reuereri eum,

II

12

K 5 etum

Etum memoratur, statuisse illum repētē secedere, seq̄e medio quā̄m lōgissimē amouere, ut vitato authoritatis fastidio, authoritatē absentia tueretur.

- 13 Sed & in cognoscendo, neque excandescere aduersus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum illachrymari oportet. Nam aequale, ut Nazianzenus ait, malum est, & dimissio absq̄ castigatione, & castigatio sine venia: quandoquidē illa totas relaxat habenas, hac verō nimium restringit. Est autē melius authore Chrysosthomo reddere rationem propter misericordiam, quā̄m propter crudelitatem. Nam quemadmodum turpe esset medico, cum blādē oporteret mederi vulneribus, in agrum hominem concitari & irasci, nec aliter iudex ad correctionem errantium, & peccatorū vindictam selectus, nō debet in cognoscendo excandescere aduersus eos, quos malos putat, sed pacato prorsus animo, errantes, si fieri potest, reducere: si insanabiles sint, nō odio, sed utilitate cōmuni extinguere. Tenetur si quidē, parentis vicem exhibere plebi, talentq̄, sese subiectis prestare, qualem si subiectus esset, suum propositum esse vellet. Neq̄ decet, cum ira labes animi sit, peccato corrigere peccantem. Quauis enim panarum ratio malefactorumque punitio,

punitio, iustitia bona sit pars, tamen neq̄ prudentiā callidē, neq̄ temperantiā sordidē, illiberaliterq̄, neq̄ fortitudinē temerariē, nec superstitiose pietatem, nec inscienter vllā aliam virtutis scientiā, sed artificiose vnāquaq̄ tractare conuenit. Atq̄ hoc illud est, quod à supremo legislatore Deut. 16. præcipitur, iusta iustē exequi. Quasi nos doceat, iustitiā, reliquasq̄ virtutes non aduersis operibus, sed eius cognatis exequendas. Vt enim si quis depositū non bono animo reddat, sed gladium furioso, aut pecuniā insidiosē, ut cōparat a semel fide, maius depositum abnegandi captetur occasio, tunc officium nō officiose fit: è diuerso medicus vsturus agrotum, ne metu doloris fugiat medicinam, aut ob imbecillitatem linquatur animo, agro vera nō dicit, inofficiosam rem facit officiose: ita & qui sententiam quāuis iustam, non tñ bono animo, sed vel gratia corruptus, vel pertractus potentia, vel adulteratus pecunia, vel iracundia percitus profert, iusta quidem, iniustē tamen exequitur. Veluti si tutor pupillum non instrueret virtutibus, & blandē à vitijs deduceret, sed gladio, quem in defensionem acceperat, interimeret, indigna profectō res est, & ab equitate alienissima, mitissima virtutis instru-

5 instrumenta esse peccata, Quae autem hos crudeli-
 ter iustos pena maneat, testis est Q. Metellus Ma-
 cedonicus, ob studiosam seueritatem plebi adeo in-
 iustus, ut bis passus repulsam, agrè tertio candida-
 tus, fuerit renūtiatus cōsul. Et L. Cornelius Cinna
 quarto cōsulatu, cum bellum aduersus Syllam pa-
 raret, Ancona ab exercitu lapidibus obrutus est,
 16 quòd inhumaniter seuerus haberetur. Multò ali-
 ter M. Marcellus, maiestatis P. R. & conserua-
 tor egregius, & vindex acerrimus, ea tamen huma-
 nitate, & clementia fuisse fertur, ut cum Syracu-
 sas urbem ornatissimam Sicilia cepisset, eamq; pro-
 ximè ruituram cerneret, fleuisse, & ante eius san-
 guinem, suas ille lachrymas effudisse dicatur. Non
 erat quod vereretur, ne pia lachryma sibi vitio da-
 rentur, néue uti mollis contemneretur: vetabat im-
 perium, defendebant fasces, & praeclarè gesta ma-
 iestatem augebant. Longè valentior amor est ad po-
 17 testatem, quam timor. Amor si recedas, in deside-
 rium & reuerentiam vertitur, timor in execrabi-
 le odiū. Is nanq; contemnitur, nō qui salua maiesta-
 te imperij, facilem se, & benignū praebet, sed qui hu-
 milis est et sordidus, et qui se primus ipse cōtemnit.
 Quare absoluta est, ni fallor, Ciceronis de hac re
 pra-

praeceptio, probādam omnino esse māsuetudinem,
 atq; clementiā, adhibita tñ reipublica causa seueri-
 tate. Negari enim non potest, tantā esse, ut Cassio-
 dorus ait, morū varietatē, diuersitatēq;, ut nemo
 valeat leges defendere, nisi terror videatur ali-
 qua temperare. Prodest, inquit Augustinus seue-
 ritas vestra, cuius ministerio quies adiunatur, &
 nostra. Prodest intercessio nostra, cuius ministerio
 seueritas temperatur & vestra. Non vobis displic-
 ceat, quòd rogamini à bonis, quia nec nobis displic-
 cet, quòd timemini à malis. Subindicans quemad- 18
 modum nos supra de facilitate, & auctoritate di-
 ximus, salutarem esse misericordiam, quam tamen
 seueritate fulciatur, laudandamq; seueritatem,
 quam misericordia comitetur, et temperet. Nam
 & bonus segnior fit, ubi negligis, & malus impro-
 bior. Ille autem, Gregorio auctore benè agit qua-
 pia sunt, qui prius seruat quae iusta sunt: ut colla-
 tus in proximum riuus misericordiae, de iustitia fon-
 te ducatur. Id quomodo agendum sit, tempus, locus,
 occasio, et as indicabunt, quae vel misericordiam mo-
 uent, vel odium prouocant. Nam & lex, iudicium
 sine misericordia, ei qui nō facit misericordiam, mi-
 natur. Deq; eo qui Dīs alienis impiè seruire sua-
 serit,

*suaferit, Non parcat, inquit, ei oculus tuus, ut
misereris & occultes eum, sed statim inter-
ficies illum: inuolunt arij verò homicidij, non so-
lum nulla est pana, verù cum Leuitis habitare præ-
cipitur. Neque furiose & cõcitatè animaduerten-
dum est in eos, qui miserè peccauerunt, neque præ-
cidenda omnino seueritas, sed ea potius non ut du-
ce, sed tanquam milite utendum est, ut postquam
quod impedire rationem poterat deferbuerit, id
sine quo languebit omnis actio, & vis ac vigor ani-
mi resoluetur, retineamus. Atq; hoc illud est quod
19 diuinè dicitur Exodi. 28. Pones in rationale iu-
dicij doctrinam & veritatè, quæ erunt in pe-
ctore Aaron, quãdo ingreditur coram dño.
Docet supr à pectus Aaron (est autem pectus se-
des ira) quando coram domino ingreditur, hoc est
quando ius reddendum est, oportere superponi ra-
tionale iudicij, & doctrina & veritate plumatum:
nempe sermonem perfectum, suas virtutes haben-
tem: ut sic primùm à ratione ducatur, ne quid ini-
quum per imprudètiã cõmittat: deinde doctrina
instructus, nihil furiose, sed sedatis prorsus cogita-
tionibus, modestisq; verbis expediat, quæ agenda
sunt: atque ita ira & confusionem doctrina coercès,
nulli*

*nulli perturbationi succumbens, proferat iudicij
veritatem. Necessè est siquidem constantè rectũq;
iudicem, cuius animi motũ vultus nõ detegit, non
non solum integrum se, & incorruptum præstare
ministrum, sed verbis etiam, oculis, fronte atq; in-
cessu ita ius reddere, ut auctoritatè dignitatis in-
genio suo augeat. Nam, ut egregiè Cicero ait, ora-
tio ipsa consulis pernitiõsa potest rempublicã labe
factare, cũ id licere sibi quisq; intelligat, quod age-
re eos videt, à quibus regitur: qui verò assequi non
possunt, leuem magistratus iniuriã grauius ferunt,
quã alterius insignem. Id nimirũ verentes, nihil
esse tam sanctum, quod nõ potentia armata libido,
& auctoritatè cõfirmata audacia cõminuere atq;
violare soleat. Quapropter scitum illud est, Peri- 20
clem Atheniensium principem, cum tragediarum
scriptorem Sophoclem in Pratura collegã haberet,
ac is publico officio vnã districtus, pueri ingenui
prætereuntis formã impēsioribus verbis laudasset,
intemperantiã eius increpantè dixisse: Prætoris, nõ
solum manus à pecunia lucro, sed etiã oculos à libi-
dinoso aspectu cõtinetes esse debere. Sètiebat nimi-
rũ ille pernitiõsum magistratũ, nõ solũ factis, verũ
etiã exẽplo, nutuq; acriter vulnerare rempublicã.*

Legatus Cæsaris, id est præses, vel corrector prouinciæ, abdicando se, non amittit imperiũ.

Multa sunt quæ ad hanc rem pertinent, ab Innocentio, ceterisque iuris pontificij professoribus tradita in. c. admonet, & in. c. quod in dubijs, & in. c. fin. de renunt. quæ referre non est nostri instituti.

- 1 Atque huius quidem legis exemplo, quàm plurima esse introducta Alciatus docet in. l. postquam. C. de pactis, quale illud est quod Imola, Alexander, Alciatus, & Oroscius admonent, renuntiatione litis eum non excludi, qui sacerdotium simpliciter eiuerauerit, quoniam nisi in manibus episcopi, dimitti beneficia, nisi in damnum renunciantis, non possunt. Præterquam, ut Costalius scribit, si esset in controuersia sacerdotium, vel is qui eiuerauerat, adhuc ius in beneficio non haberet: sed mandatũ tantum, aut rescriptũ ad beneficium: tunc enim posset sine superioris venia illud refutare, ut Angelus et Costalius aiunt, & Corasius de sacerdotio. 1. p. c. 8. num. 15. & Duarenus de sacris ecclesie ministerijs. lib. 8. c. 2. tradiderunt. Hinc illud quoque quod
- 3 Baldus in auth. in successione. C. de suis et leg. her.

& hoc

& hoc loco Oroscius, affirmant: non posse clientem fiducia, siue feudum, absque sui principis auctoritate relinquere. Quæ omnia, etiam intacta, non solum in expressa renuntiatione intelligunt interpretes. Quod verò hic Bartolus atque alij de donatione Constantini tractant, & Albericus quarit de renuntiatione Cælestini papæ, existimo non esse huius loci.

Prouinciæ. Si verò Roma, aut in principis curia magistratus officium deponeret, ubi princeps alium statim posset subrogare, amittere illum imperium putat Antonius Vacca, & Corasius probat Vacca sententiam: quia tunc periculum non esset, ne res publica interim detrimentum caperet. Idque exemplis confirmant Valerij dictatura, Scipionis & Figuli magistratu se abdicatum. Mihi hac ratio non persuadet: neque memoret exempla dictatoris supremum habentis imperium, aut magistratum vitio creatorum, officia deponentium.

Abdicando se. Id est, ut Forcatulus ait, reijciendo insignia magistratus, & de ea re facta protestatione. Neque contrarium est quod in l. 2. ff. de orig. iur. S. & cum placuisset, dicitur: nam vel abdicacionem illam, superioris auctoritate factam di-

L cipo-

ci potest: quod verba ipsa indicare videntur, & cum placuisset leges quoque; ferri, latum est ad populū, vti omnes magistratus se abdicarent, vel qui ibi se abdicarunt, supremum habuisse imperium: itaque superioris auctoritatem non fuisse necessariam. Principem nanque regno se abdicare posse, & Forcatulus probat dialogo. 60. Nec yomania, & nostra vidit atas. Atque idem dicendū, si summus eiuretur pontificatus, Angelus scribit, & Caestini exemplo docet Duarenus lib. 8. de sacris eccles. minist. cap. 2.

21. Paulus libro singulari de officio adfessorum.

Præses cum cognoscat de seruo corrupto, vel ancilla de uirginata, vel seruo stuprato, si auctor rerum agētis corruptus esse dicetur, vel eiusmodi homo, vt nō solū iacturā aduersus substantiā, sed ad totius domus euerzionē pertineat, seuerissimè debet animaduertere.

1 Vel ancilla de uirginata, vel seruo stuprato. Quauis nulla inter virtutes numeretur, cuius, à iurisprudētia, ratio non habita sit, pudicitia tamē sacri chori honestissima, multis modis fauēt iurisconsulti, eius sollicitatores, non solum violatores seuerissimè coercentes. Id ommissis innume-

ris

ris alijs testimonijs, abundè in. l. 1. §. fin. ff. de extraordin. crimi. probatur, qui puero, inquit, stuprū, abducto ab eo, vel corrupto comite, persuaserit, aut mulierem, puellamve interpellauerit, quidue impudentiæ gratia fecerit, donū præbuerit, pretiumue, quo is persuadeat, dederit, perfecto flagitio puniūtur capite: imperfecto in insulā deportantur: corrupti comites summo supplicio afficiūtur. Vndè legitimè arbitror statuisse Plat. lib. 9. de legib. dū ait. Qui mulierem liberam aut puerum ad rem veneream vi adegerit, impunè non ab eo solum, cui vis illata est, sed à patre, marito, fratribus, filijsq; vita priuetur. Quā sententiam apertè confirmat tex. in. l. 1. §. fin. ff. ad l. Cornel. de siccar, dicens. Item diuus Adrianus scripsit eum, qui stuprū sibi, vel suis per vim inferentē occidit, dimittendū. Cuius rei illustre est apud Ciceronē pro Milone exēplū. Pudicitia, inquit, cū eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marij propinquus imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim afferebat. Facere enim probus adolescens periculose, quam perpeti turpiter maluit. Atque hunc ille vir summus, scelere solutum, periculo liberauit. Quam eandem historiam

L 2 Plutar-

3 *Plutarchus in Mario narravit, et Vale Max. lib. 6. tit. de pudicitia, & Fabius Quintilianus, lib. 3. cap. 13. & idē Quintilia. unica declamatione eloquentissimè illustravit. Demosthenes quoq; in oratione aduersus Aristhocratem scribit, iudicia capitis duo à dijs ipsis facta in Areopago: in altero Martem absolutum fuisse, qui stupratorem filiae interfecerat: in altero Orestem necis paterna ultorem. Quod etiam Pausanias in Atticis scripsit, asserens eam urbis regionem, quae Areopagus dicitur, inde nomen accepisse, quòd in eo loco ab initio Mars capitis causam dixerit, accusante Neptuno. Occiderat enim Mars Neptuni filium Halirrhothium, quòd eius filiam Alcippā uiciaisset.*

Observata in titulum.

Senatorum & magistratum ordines, illustrium spectabilium & clarissimorum. 1
 Praesidium auctoritas, & an subiecti fuerint praefecto praetorio. 2

Observata in. l. 1.

Praeses à praesidendo dictus, & quòd in genere capitur & in specie. num. 1
 Consulibus & praetoribus appellatio omnibus magistratibus cōmunis. 2
 Praesides proprie qui erant. 3
 Quis magistratus hodie praesidibus cōparari possit. 4
 De quibus praesidibus hoc titulo agatur. 5
 Ex quorum iuriconsultorum libris constent pandectae. 6
 Proconsules qui dicebantur. 7
 Legatorum & legationum species in Romana Rep. 8
 Legatorum distinctio apud iuris pontificij interpretes. 9
 Curatores ciuium qui ibi. Iuris praetorij esse, quae hac lege praesidibus permittuntur. 4
 Legis actio in. l. magistratum. ff. de adoptionib. quid sit. 5
 Duplici officio fungi eidem homini quando permissum. 6
 Diuersorum officiorum nomine, unius diuersa legata, & portiones consequitur. 7
 Doctore in utroq; iure an duplex pro pina debeatur. 8
 Donatio coram donante in sinuari nō potest. 9
 Praeses apud se adoptare potest, arguere non potest. 10
 Tabellio an de facto proprio conficiat instrumentum, & an iudex notarius scribat acta coram se. 11
 Comes Palatinus an proprium filium possit legitimare. 12
 Si ex qua legitimandus susceptus est, pater ducere potest, abq; tali matrimonio non datur illum fieri posse legitimum. 13
 Magistratus minor viginti annis quomodo apud se manumittat. 14

Observata in. l. 2.

Praetorium ius praesidibus dari solitum. 1
 Liberalium causarum qui fuerint olim iudices. 2
 Romanos ciues etiam in prouincijs, non nisi Romani iudicabant. 3

Observata in. l. 3.

Excedere, hoc loco quid significet. 1
 Priuatus latine quis dicatur. 2
 Praeses extra prouinciā quomodo uoluntariam, quomodo contentiosam
 L 3 iurisdic

iurisdictionem exerceat. 3
 L. 17. infra isto titulo explicatur. 4
 Consules quanta cum maiestate in pro-
 uinciam proficiscerantur. 5
 L. omnes supra de offi. proconsul. ibi.
 Legati pontificis qua sollemnitate ur-
 bem egrediantur. ibi.
 Contentiosam iurisdictionem quomo-
 do praeses exerceat. 6
 Duces exercitus, etiam si in aliena di-
 ctione sint, legitime iurisdictionem
 exercent. 7
 Delicti ratione sortitur quis forum,
 atq; eius rei variae rationes ex Pla-
 tone Casiodoro, & alijs. 8
 L. 1. C. ubi senat. vel clariss. enoda-
 tur. ibi.
 Manu committit, qui fraude, dolo ma-
 lo, veneno, aut verbis committit. 9
 Mandata principum, quae diceban-
 tur. 10
 Distinguere quando possimus, lege non
 distinguente. 11

Observata in l. 4.

Varia praesidium privilegia & praerogativa.
 Proconsulum ius Augustum, eorumque
 proprium esse ut in provincijs ma-
 iores sint omnibus post principem,
 atque ab eis hoc ius ad praesides de-
 rivatum. 2

Observata in l. 5.

Iuris prudentiae erga pupillos cura
 ingens. 1

Index specialis quis dicatur. 2. & 8.
 Pedanei iudices qui, & cur ita dicti. 3.
 L. praetor. ff. de tutorib. & cura. inter
 pretatio. 4
 Iudices, sese compromissarios, aut ar-
 bitros dare non posse. 5
 Quando iudex possit compellere par-
 tes ad compromittendum. 6
 Praeses cur ipse se tutorem dare non
 possit, triplex ratio. 7
 Is cui potestas eligendi data est, se ip-
 sum eligere non potest. 9
 In quibus potestas eligendi data est,
 unum ex se ipsis eligere possunt. 10
 An is cui distributio quantitatis deman-
 data est, possit sibi aut suis quicquam
 retinere. 11

Observata in l. 9.

Illicite exactiones, quae dicantur.
 1. & 2.
 L. si quis pro eo. ff. de fideiuss. expli-
 catur. 2
 Interpretatio. l. iusurandi. ff. de ope.
 liber. ibi.
 Confessus spe futurae numerationis,
 licet post biennium non excipiat,
 potest tamen implorare iudicis offi-
 cium. 4
 Quando nova dispositio, praeterita quo-
 que negotia comprehendat. 5
 An ea quae lege hac constituta sunt, me-
 ro iudicis officio an potius iure au-
 ctionis expediantur. 6

Observata in l. 1.

Verus

Verus huius. §. sensus. 1
 An iudex debeat iudicare secun-
 dum allegata & probata, an secun-
 dum conscientiam. 2
 Supremae curiae senatores secundum
 conscientiam, praetermissis allega-
 tionibus, & probationibus iudica-
 re posse. 3

Observata in §. 2.

Quae praestare debeant rerum pu-
 blicarum gubernatores. 1
 Defensores hoc loco qui dicantur. 2
 Religio pro cura & sollicitudine. 3
 Securitas de non offendendo cui, a quo,
 per quem & quomodo praestanda. 4

Observata in §. 3.

Illicite ministeria quae dicantur. 1
 Praefecturae militares. ibi.
 Illicitarum exactio exempli. 2

Observata in §. 4.

Iniuriam facit qui licita negotia-
 tione prohibet quinquam. 1
 Patronus libertum, licita negotiatione
 non prohibet. 2
 Contractus cuius iuris censendi sunt. 3
 Pecunia quo iure introducta sit. 4
 Nemo vendere, aut emere cogitur qua-
 tunvis iusto pretio. 5
 Iudex malefactorum potest capere a finium
 rustici pro malefactore ad furcas
 deducendo. 6

Pro constructione, vel necessaria am-
 pliatione ecclesiae, coguntur vicini
 vendere. 7
 Favore libertatis compellitur quis ven-
 dere. 8
 Quae necessaria sunt victui possunt excu-
 berantes cogi iusto pretio vendere. 9
 In domibus aptis ad locandum & in pa-
 nis potest certum pretium statui. 10
 Idem in rebus ad victum pertinentibus, si se-
 mel expositae sint venales. ibi.
 L. 1. §. cura carnis. ff. de off. praefect.
 urbis & l. fin. ff. ad legem Iuliam
 de annonae explicatur. ibi.
 Casus in quibus quis vendere cogitur,
 ita accipiendi sunt, ut tamen a principi-
 pe id fiat, & iusto pretio. 11
 Ciuitas vel inferior principe quando
 possit cogere, ut vendant. 12
 Iudex potest prohibere ne quis ultra
 indigentiam emat, ut supersit alijs
 emere volentibus. 13

Observata in §. 5.

Haec verba lumine unico quo-
 modo accipienda. 1. & 3.
 Pro lumine, limine, legendum. 2

Observata in §. 6.

Exempla eorum quae hac lege pro-
 hibentur.

Observata in §. 7.

Medicorum impunitas. 1
 §. Praeterea. instit. de lege Aquilia
 explicatur. 2

L. 4. Etiam

Etiam in medico qui gratis curet, hoc
caput locum habere. 3
Irregularē esse medicum, cuius con-
scientiam remordeat imperitia. 4
Quibus p̄nis iure ciuili hispano me-
dicorum imperitia castigetur. 5
Diuerſa p̄na est medici, ingenuū ma-
le curantis, aut seruum. 6
Medicos olim chirurgos fuisse. 7
Medicus ægrum, etiam ob defectū so-
lutionis, non potest impunè desere-
re. 8
Hoc caput, etiam in foro conscientie
habere locum. 9
Culpam tripliciter committi. 10
Imperitia eius artis quam quis profi-
tetur, culpæ annumeratur. 11
Doctorem ratione ætatis in integrum
non restitui. 12
Que maneat eum p̄na qui se medicū
profitetur, cum non sit. 13
Hoc caput ad medicos quoque anima-
rum pertinere. 14
Obstetrices etiam hac lege teneri. 15
Veterinariorum imperitiam hac simi-
liter lege obligari. 16
Aduocatorū, patronorūq; causarum,
quod ad hoc caput attinet, ac medi-
corum parem esse conditionem. 17
Assessores æquè ac medicos hac lege
teneri. 18
Mensores, & proxenetas hoc capite
non comprehendī. 19
Cur aliter de iudice, quàm de assessore,
patrono, medicis, alijsq; sit in hac
causa constitutum. 20
Aduersus iudicem, in syndicato quo-
modo agendum. 21
Multam iudex quando augere, vel

minuere possit. 22

Observata in. l. 8.

Hæc verba, qui uniuersas pro-
uincias regunt, quomodo ac-
cipenda. 1
Ius gladij quid sit. 2
Præsides cur in metallū dare possent,
in insulam deportare nō possent. 3

Observata in. l. 9.

Paupertatis præuilegia. 1
Cur Exodi. 23. præceptum. Pau-
peris non miseraris in iudicio. 2
Multam pauperi nisi sufficiēter ca-
stigato non esse remittendam. 3

Observata in. l. 7.

Ornatus urbis, & ædificiorū ad
quos magistratus pertinue-
rit. 1
Quibusdam imperatoribus eandē rem
curæ fuisse. 2
Propter deformitatem urbis propriā
domum quis destruere cogitur. 3
Domini reparare domos in urbibus,
atq; si decuriones sint de nouo ædi-
ficare compelluntur. 4
Nobilis pauper habens domum, quam
reficere non potest, cogitur vende-
re alij qui reficiat. 5
In ædificando modum esse adhiben-
dum, faciendumq; id absque alte-
rius iniuria. 6

Observata in. l. 8. §. 9.

Iulianus l. C. quo tempore fue-
rit. 1
Potes, & debes, in rescriptis an disse-
runt. 2
Interest, rescripti verba ad impetran-
tem, an ad iudicem referantur. 3
Negotium quod per verbum mando
delegatum est, subdelegari potest:
non ita si per verbum præcipio. 4

Observata in. l. 10.

Quanquam de omnibus causis de
quibus Romani magistra-
tus cognoscunt, præsidis prouin-
ciarum sit notio, non tamen omni-
bus, quibus illi gaudent præuile-
gijs. 1
A præsidibus prouinciarum appella-
ri solitum. 2
Consules an iurisdictionem habuerint
contentiosam. 3
Prætorium ius quatenus præsidibus
communicatum. 4
Prætoriorū imperialium nomina di-
uersa. 5
Quibus prætorijs qui magistratus da-
ti. 6
Correctores prouinciæ qui fuerint. 7

Observata in. l. 11.

Desiderium & desiderare quid signi-
ficent. 1

L. fin. ff. si liber. ing. esse die. 2

Observata in. l. 12.

A præiudicijs locus frequens rhe-
toricis. 1
Exemplorum & præiudiciorum vim
magnam esse in iudicijs. 2
Comparabile argumentum quid, &
eius ratio. 3
Iudicatum quid sit, atque eius par-
tes. 4
Iudicandum sit exemplis, nec ne. 5
Opinionem parui doctoris lege robo-
ratam, opinioni magni doctoris
preferendam, & de glossarum au-
thoritate. 6

Observata in. l. 13.

Quid præsidi faciendum ut p̄na
ta prouincia sit. 1
Cur sacrilegi, latrones, plagiarij, fu-
res, hac lege potius notati. 2
Receptator ferè semper in malam par-
tem accipitur. 3
Receptatores quibus p̄nis castigan-
di. 4
Receptans affinem, vel cognatum le-
nius punitur. 5
Eodem numero esse receptantem inti-
mum amicum. 6
Iudex quando, & quomodo possit cō-
pellere subditos ad faciendum pa-
cem. 7
Inquisitionem generalem iudex face-
re potest, ex ea verò nemo damna-
tur.

tur, sed aduersus culpabiles species
lis facienda est inquisitio. 8

Observata in.l.14.

TRes esse delinquendi causas, irā,
voluptatem, & ignorantia. 1
Ignorantiam in simplicem, ac dupli-
cem partiri. 2
Animus ad peccadum aut vi, & aper-
te, aut clam & cum deceptione,
ducitur, 3
Furiosum ira, & ignorantia, siue ira=
ta ignorantia peccare. 4
Cur sanorum facinora puniantur, fu-
riosorum impunita sint. 5
Huius capitis ratio ex diuina sapientia
deducitur. 6
Diuine misericordiae, aut vindictae mi-
nistri ibi. 7
Furor quid sit, quae eius species & in-
dicia, quique effectus. 7
Furiosorum cura. 8
Custodes furiosorum si negligentes
fuerint, quomodo castigandi. 9
Negligentiam vel culpam praesum-
ptam etiam absque dolo, pena cor-
porali quandoque coerceri. 10
Quae sint attendenda in sceleribus fu-
riosorum vindicandis. 11
Parricidium quam immane facinus. 12
Carcer an in penam dari possit. 13
In penarum impositione duplex est
finis. 14
Cur iure canonico pena perpetui car-
ceris imponatur. 15
L. aut damnum. §. solent. ff. de penis
quomodo accipienda, & de Plato-

nis carceribus.

16

Observata in.l.15.

L.15. C. de dignitatibus lib.12. explica-
tur. 1
Votorum nuncupandorum religio &
mos. 2
Vota religiose suscipienda, & diligen-
ter praestanda. 3
Quatenus hodie haec dispositio pro-
cedat. 4

Observata in.l.16.

Comitum nomine qui sint acci-
piendi. 1
Praesides quantum temporis provin-
ciam obtinebant. 2

Observata in.l.17.

Hoc caput non in ordinario so-
lum, sed etiam in delegato pro-
cedit. 1
Legi huic locus est in contentiosa iu-
risdictione, non tantum in volun-
taria. 2
Quid si praesides simulet nescire se si-
bi successum. 3
Quando intelligendum successorem
aduenuisse. 4
Scientis an ignorantis potior condi-
tio sit. 5

Observata

Observata in.l.18.

Leges de repetundis. 1
Stipendium, transitu, honorarium
aliaque iura praesidium. 2
Doni & muneris discrimen. 3
Esculentum & potulentum quid, &
quid circa haec iure potesticio, quid
iure ciuili hispano constitutum
sit. 4
Haec verba, quod intra dies proxi-
mos prodigatur, quomodo acci-
pienda. 5

Observata in.l.19.

Virtutis partium diuersam ple-
runque esse rationem. 1
Facilitas in principe virtutum omnium
gratissima. 2
Marcus Antonius cognomento pius
quanta facilitate imperium rexit. 3
Facilitas & seueritas quantum contra-
rie videantur, ambae tamen sunt re-
tinendae. 4
Non ita uni studendum esse virtuti,
ut reliquae contemnantur. 5
Maiestatis & benignitatis concordia
quo pacto sit coniungenda. 6
Quare Socrates iuuenes pari indu-
stria, & musica & Gymnastica
operam dare praeciperet. 7
Quibus exemplis Demosthenes de-
terrebat iuuenes, ne reip. admini-
strationem capefferent. 8
Quem modum reipub. regendae pra-
scripserit Taurus Philosophus pra-

86

fidi Cretenfi. 9
Hac lege amicorum electio praesidi
provinciae non interdicitur. 10
Retinenda etiam cum amicis & fami-
liaribus grauitas. 11
Tyberij prudentia, qui repente seces-
sit ut auctoritatem absentia tue-
retur. 12
Aequale malum est dimissio absque ca-
stigatione, & castigatio absque ve-
nia. 13
Qua ratione praesides se se gerere de-
beat aduersus facinorosos. 14
Iustitia crudeliter administratae, quae
pena maneat. 15
M. Marcelli factum notabile, qui ca-
ptis Syracusis fleuisse dicitur. 16
Longe valentior esse amor ad po-
testatem, quam timorem. 17
Salutaris misericordia, quae seueritate
fulcitur. 18
Quomodo accipiendum quod Exo. 28
dicitur, pones in rationale iudicij
doctrinam, & veritatem, quae erunt
in pectore Aaron. 19
Periculis pulchre dictum in Sophocle
praetorem, quod oculis districtius
in pueri formam defixisset. 20

Observata in.l.20.

Renuntiatione his eum non ex-
cludi, qui sacerdotium simpli-
citer ciurauerit. 1
Beneficium litigiosum, vel id in quo
quis nondum ius habet, absque su-
terioris licentia renuntiare po-
test. 2

Cliens

Cliens feudum absque principis licentia non relinquit. 3

Magistratus qui in principis comitatu sunt, an possint deponere officia, sine licentia principis. 4

L. 2. §. et cum placuisset. ff. de orig. iur. explicatur. 5

Principem regno, et papam pontificatu sese abdicare posse. 6

Observata in l. 21.

Sollicitato res pudicitiae, multis penis à iure coerceri. 1


Platonis et Ciceronis de ea re sententiae. 2

Areopagus cur ita dictus, et de iudicijs ibi factis. 3


PETRI VELLEII GVEVARAE DE DOLI MA- li definitione, Liber fin- gularis.

AD ILLVSTREM ANTO-
nium de Padilla y Meneses, in suprema
curia regium consi-
liarium.

ILLVSTRI ANTONIO DE PA-
dilla y Meneses, in suprema curia regio
consiliario. Petrus Velleius
Gueuara. S.

 Perosum est certè & spissum studiū
iurisprudentiæ, tum quòd maxima
sit, & in ipsis rebus obscuritas, & in
iudicijs nostris infirmitas: tum etiã quòd tan-
ta sunt in varietate glossographi, vt faciliùs in-
ter horologia, quàm inter eos dicas posse con-
uenire. Ex quo illud existit, vt quod pro cer-
to & probato sumas, nihil reperias: cum nulla
res tam facilis sit, quæ nõ multos habeat con-
tradicientes: nec rursus tam obscura, quæ non
plurimis eiusdem disciplinæ, solis videatur
luce clarior. Non longè abieris: de doli mali
definitione, quanta, nõ modò interpretū, sed
ipsorum iuriconsultorum dissensione certat-
tur? Notavi capita, vbi ea cõtrouersia est, &
descripta tibi mitto: te enim doctorem, vnūq;
desiderant.

PETRI VELLEII GVEVA-
ra de Doli mali definitione liber
singularis.

 Rimum C. Aquilius formulas de dolo
proposuisse, dolumq; malum in simulatio-
ne cõtineri tradidisse, auctor est M. Tul-
lius lib. 3. de Nat. de. dum ait. Inde euerriculum
malitiarum omnium, iudiciū de dolo malo, quod
C. Aquilius familiaris noster protulit, quem do-
lum, idem Aquilius tum teneri putat, cum aliud
sit simulatum, aliud actum. Et lib. 3. de offic.
de Pithio & Cannio agens, nondum, inquit,
Aquilius collega, & familiaris meus pertule-
rat de dolo malo formulas, in quibus ipsis cum
ex eo quærerem, quid esset dolus malus, respon-
debat, cum esset aliud simulatum, aliud a-
ctum. Hoc quidem sanè luculenter vt ab ho-
mine perito definiendi. Et in Topicis ad Tre-
batium. Commodè, ait, tractatur hac argumen-
tatio, quæ ex genere sumitur, cum ex toto per-
sequare partes, hoc modo: si dolus malus est
cum aliud agitur, aliud simulatur, enumera-
re licet quibus id modis fiat, deinde in eorum
aliquem

aliquē, id quod arguas dolo malo factū, includere. Quod genus argumenti, in primis firmum videri solet. Nec solum C. Aquilio & M. Tullio Ciceroni placuit hac doli mali definitio, sed & Seruio Sulpitio, cum quo uno etiam si omnes qui ex omni etate intelligentiam iuris habuerunt, in unum locū cōferantur, nō sunt cōparandi. Is enim, ut in. l. 1. ff. de dolo malo refertur, dolum malum ita definit, machinationem quandam alterius decipiendi causa: cū aliud simulatur, & aliud agitur. In hanc sententiam Sext. Pedium iureconsultum lubenter deductum probatur in. l. iuris gentium. §. dulus malus. ff. de pactis, cuius sunt verba. Pedius ait, dolo malo pactum fit, quotiens circūscribendi alterius causa, aliud agitur, & aliud agi simulatur. Sed & Fulium Paulum iurisconsultorum omnium corypheum, ab hac definitione non discessisse, norunt quicumque primum eius librum receptorum sententiarum legerūt, ubi. c. 8. ita ait. Dulus malus est cū aliud agitur, aliud simulatur. Hanc definitionem etiam D. Augustinus mirifice videtur amplexus, sepius ea usus, quā referre nobis necesse sit. Nam tom. 8. Psal. 5. enarrans illum versiculum, virum sanguinū & dolosum

losum abominabitur dominus. Virum, inquit, sanguinum ad operantem iniquitatem referas, dolosum ad mendacium: dulus enim est, cū aliud agitur, aliud simulatur. In eandemq; sententiam, psal. 14. 31. & 49. interpretatur: & tom. 9. c. 1. Ioannis tractatu. 7. explicans illud diuinum Saluatoris de Nathanaele testimonium, ecce verē Israelita in quo dulus non est, ita ait. Dolum dicit dominus, & omnis qui verba latina intelligit scit, quia dulus est cū aliud agitur, & aliud fingitur. Dulus fraus est, simulatio est, quando aliquis aliquid in corde tegit, & aliud loquitur dolosus est, & tanquam duo corda habet. Rursus tom. 10. lib. 50. homiliarum, homil. 20. de interpretatione verborum Petri apostoli agens. 1. Pet. 2. Deposita omni malicia, & omni dolo, & adulatione, & detractione, tanquam modo nati infantes, ratio nabile & innocens lac concupiscite. Quid est, inquit, malitia nisi nocēdi amor? quid dulus nisi aliud agere et aliud simulare? quid est adulatio nisi fallaci laude seductio? Quibus profecto tantorū virorum auctoritatibus, stabilis satis, fixa, rataq; videbatur doli mali definitio. Verū effecit hominū ad contradicendū procliuitas, reprehendendiq;

M libido,

libido, ut non modo in opinione dubia, sed manifesta lege abrogata sit. Nam Labeo iureconsultus, ut in l. 1. ff. de dolo refertur, posse putans, & sine simulatione id agi, ut quis circumueniatur, posse & sine dolo malo aliud agi, aliud simulari, sicuti faciunt qui per eiusmodi dissimulationem deseruiunt & tuentur vel sua, vel aliena; sic ipse definit. Dolum malum, esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Cuius & verba & sententiam referens, probansq; Domitius Ulpianus lib. 11. ad edictum: Labeonis, inquit, definitio vera est. Atque istorum opinionem Triboniano nobis proponere legem visum est, & simul cum suis pandectis, tanquam Augustissimum iustitiæ templum consecrare: doctissimorum hominum, quibus maior in his rebus esset habenda fides, sententia prætermissa. Quam tamē ego, ut dicam parcius defendi posse conijcio. Sed dicet mihi fortasse quispiam, ne tu temerarius & audax homo es, qui leonem tondere audeas. Primum ego, non tam Ulpianum aut Labeonem accuso, quam C. Aquilium, Ser. Sulpitium, Iul. Paulum, Sext. Padium M. Tullium, & Aur.

& Aur. Augustinum, & iurisconsultissimos viros, & legumlatores defendo prudentissimos. Itaq; si quod maximè ab interpretibus fieri solet, numeranda sententiæ essent, non ponderanda, patet quantum suffragiorum numero & auctoritate vincamus. Nam Labeonem, quem Floratius lib. 1. Serm. Sat. 3. insanum appellauit: Ulpianumq; quem Christiana religionis crudelissimum hostem Corasius ostendit in l. multum interest. ff. de verb. oblig. & Duarenus lib. 1. de sacris eccles. min. c. 14. de virtutibus ac vitijs (id enim est de dolo malo & solertia) differentes quis audiet, vel aduersus unum diuum Augustinum, ut ceteros taceam? At horum opinio, pro lege sancita est à Triboniano. Quem virum mihi narras: assentatorem fraudulentum, religionis contemptorem, & auctoribus Harmenopulo, Suida, atque Ant. Roscio, lib. 1. memorab. cap. 14. sordidissimum iuris nundinatorem. Verum nunc non id agimus, an Labeonis sententiæ lex sit, nec nescio illam probatam ab Ulpiano in l. 1. ff. de dolo. Ego autem his hominum legibus ut fatear cogi possum, ut assentiar non possum: qui mihi iam dudum persuaferim, quod Lactantius lib. 5. M 2 diuin.

diuin. instit. c. 11. ait, & constitutiones sacrilegæ, & disputationes iurisperitorum leguntur iniusta: verissimæq; scriptum à Cicerone existimo lib. 1. de legib. stultissimum esse existimare, omnia iusta esse, quæ scita sint in populorum institutis, aut legibus. Itaque illud potius à nobis tractandum est, quæ harum opinionum vera sit. Et quidem quibus argumentis à Labeone Sulpitius sit reprehensus, magna est discordia inter iuris interpretes. Nam Franciscus Hotomanus in Verrinarum commentarijs, et lib. 1. obseruat. c. 19. & Ludouicus Ruardus in notis perpetuis ad ius ciuile, nimiam breuitatem Aquilij atq; Sulpitij in definiendo, à Labeone reprehensam putant, corruptamq; esse legem primam ff. de dolo mal. affirmant, sicq; legendam esse: dolum malum Seruius quidem ita definit, cum aliud agitur aliud simulatur, totumq; illum versum, machinationem quandam, alterius decipiendi causa, non à Ser. Sulpitio adiectum, sed ab studioso quodam ex subiecta Labeonis definitione sumptum ac notatum fuisse. Cuius rei, hac potissimum afferunt argumenta. Primum, quod à M. Tullio, C. Aquilij, et Ser. Sulpitij familiarissimo doli mali definitio, his solummodo verbis referatur. Alterum

argu-

argumentum est, quia si Seruius dixisset dolum malum esse omnem machinationem alterius decipiendi gratia, sine causa & planè ridiculè à Labeone reprehenderetur, cum verbosa & exaggerata Labeonis descriptio, nihil aliud quam illa breuis, & concinna Seruij definitio complectatur. Postremum argumentum est, quia si his verbis Sulpitius usus esset, ob id quod in postrema definitione subiecisset, reprehendi non posset: cum nemo ignoret, ea quæ in extrema definitione sint posita, vel ad rei substantiam, non magno pertine, vel ex antecedentium ratione intelligenda esse. Atque hac quidem Hotomanus. Verum Iacobus Cuiacius in comment. ad titulum de dolo malo, aliter euenire multo intelligit, & redundantem Sulpitij ac superfluentem definitionem à Labeone repressam autumat: rectam definitionem, dolum malum machinationem esse alterius decipiendi causa, illo additamento corrumpi, cum aliud agitur, aliud simulatur. Fallaciam esse cum aliud agitur, aliud simulatur: at non omnem fallaciam dolum esse. Diversam ab ijs rationem tradidere Alciatus lib. 6. Parad. c. 9. & Petrus Gamarus lib. 1. Dialectica legalis, qui

M 3 cum

cum aduersus Angelum, Alexandrū, Aretinum ac Decium, probassent, non esse eam definitionem sustinendam, qua non omnes casus comprehendat, sed regula tantum adharat, atque generalia complectatur: eo capite Ser. Sulpitium à Labeone dicunt reprehensum, quòd eius doli mali definitio, cum definito non conuertatur, contineatq̄ tantum ea, quae frequentius accidunt. Ego verò, ut verum fatear, cur hi de hac re tandiu se torqueant ignore. Cur enim Labeoni hac Sulpitij definitio nō probetur, in medio positum & apertum est ab Vlpiano iureconsulto dum ait. Dolum malum Seruius quidem ita definit, machinationē quandam alterius decipiendi causa, cum aliud simulatur, & aliud agitur. Labeo autem posse & sine simulatione id agi, ut quis circūueniatur, posse & sine dolo malo, aliud agi, aliud simulari. Duplici igitur nomine Seruiana definitio à Labeone confutatur. Primum quòd circunventionum, deceptionumque promptuarium, simulationem putauerit: cum fieri possit, ut sine simulatione quis circunueniatur: alterum quòd in simulatione, dolum malum contineri tradiderit, cum tamen & sine dolo malo, aliud agi possit, aliud simulari.

simulari. O ieiunam & frigidam calumniam, sanctissima civilis sapientia sacerdote indignam. Potest, inquit, & sine dolo malo aliud agi, aliud simulari, sicuti faciunt, qui per eiusmodi difimulationem deseruiunt, & tuetur vel sua vel aliena. Video proboq; & nimirum id fuit quod cū David valde sibi timeret à facie Achis regis Geth, insaniam simulans, immutauit os suum coram Achis. 1. Reg. 21. & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portae, defuebantque salina eius in barbam. Sic & Rachel, & patris & mariti iram reformidans, cum idola abscondisset subter stramenta cameli, & sedisset desuper, ne patri omne tentorium scrutanti assurgeret, iuxta consuetudinem faminarum sibi accidisse simulauit. Gen. 31. Sic & diuus Petrus princeps apostolorum cum esset Antiochia, simulauit se obseruare legalia, non ut iugum super ceruices credentium imponeret, sed ut eis consuleret, qui ex circumcisione crediderant, quibus potissimum datus erat apostolus. Verum hac, Labeonis sententiam non adiuuant: non enim quancunque simulationem Seruius dolum malum esse dixit, aut Aquilius intellixit, sed eam qua ad decipiendum

alterum foret adhibita. Qui verò per huiusmodi dissimulationem tumentur, vel sua, vel aliena, fallūt illi quidem, sed non decipiunt. Quemadmodum falluntur à medentibus agri, non decipiuntur, auctore Lucretio, ideoq; non dicuntur dolo malo agere. At potest id agi, inquit, sine simulatione, ut quis circumueniatur. Id enim erat alterum accusationis caput. Qui fieri id potest? placent ne tibi, Accursij glossographi exempla. Labeo? ut in furto, inquit ille, & rapina. Vtrumq; hoc falsum est. Si ne dissimulatione enim ac fraude, committi furtū nō potest. Norunt hæc & Iustiniani, vel ex furti definitione. Furtum est cōtractatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiā vsus eius; possessionisue, quod lege naturali prohibitum est admittere. Ita siquidem legendum docet Ant. Augustinus lib. 4. emēd. c. 4. vel ex furti notatione & etymologia, quam ita exhibet imperator. Furtum vel à furuo, id est nigro dictum est, quod clam & obscurè fiat, & plerunq; nocte. Vel à fraude, vel à ferendo, id est auferēdo. Vel à grato sermone, qui ^{oēs} appellāt fures. Imo & graeci à ferendo ^{oēs} dixerunt. Quod vero ad rapinam attinet, Hotomanus satisfactū

Accursio

Accursio putat, negās eum qui eripit, alterum circumuenire. Ego Accursij sententiam probari posse video tali argumentatione. Rapina nulla simulatione, sed apertis tibijs exercetur, & tamen ita competit hæc actio, si dolo malo quis rapuerit, ut in S. ita tamen instit. de vi. bon. rap. dicitur. Igitur dolus malus simulatione non continetur. Quare si Accursij sententia reijcienda est, simulationem, circumventionemque in rapina probare necesse est. Quia si doli mali sunt partes, ut certè sunt, in rapina quoque erunt omnino. Itaq; ex illa argumentatione propositionem negamus, in rapina nullam simulationem inesse. Imo quod minime putat, id maxime raptor dissimulat: iure se agere, licere omni legerem suam, eo modo à quocunque extorquere: id dum faciat, nemini se iniuriam inferre. Quid enim si nihil simulet, sed serio agat, id sibi credens licere, teneretur ne actione vi bonorum raptorum? placitum ipsum imperatorium referam. Ita competit hæc actio, inquit, si dolo malo quis rapuerit. Nam quialiquo errore ductus, rem suam esse existimans, & imprudens iuris, eo animo rapuerit, quasi domino liceat, etiam per vim rem suam auferre

M 5 à possessio-

à possessoribus, absolui debet. *Audis dolū malum? audis non illum labi imprudentem? sed cum sciat se iniuste agere, ita tamen agere, quasi iure agat? Viden alterum huius dolo depressum, circumuentum, spoliatum? Nam quauis aliter diuilibus constitutionibus pro hac parte prospectum sit, ut nemini liceat vi rapere, licet suam eandem rem existimet: non id decretum est, quod non ea sit rapina natura, quam exposuimus: sed ut ipse Iustinianus ait, ne dum talia excogitantur, inueniatur via, per quam raptores impune suam exercent avaritiam. Et in l. unica. C. de rapt. virg. Hoc ipsum, inquit, velle mulierum, ab insidijs nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur. Nisi enim eam sollicitauerit, nisi odiosis artibus circumuenerit, non facit eam velle in tantū dedecus sese prode. His igitur glossæ exemplis non modo posse quem, sine simulatione circumueniri, nō probatur, sed ibi altissimam esse simulationem, ubi minime appareat, sit manifestum. Neq̄ satis percipio quo sensu Labeo potuerit scribere, fieri posse sine simulatione, ut quis circumueniatur. Nam ut illud omittam Plauti in Captiuis, Act. 2. scen. 1. doli doli*

doli non sunt nisi astu colas. Chremes apud Terentium in Eunucho Act. 3. scen. 3. ex Thaidis ambagibus ac technis captari se, & irretiri conijcit. Roget quis quid tibi cum illa? ne norā quidem. Vbi veni, causam, ut ibi manerem, reperit: ait rem diuinam fecisse, & rem seriā velle agere mecum. Iam tum erat suspicio dolo malo hac fieri omnia. Ipsa accumbere mecum, mihi sese dare, sermonem querere. Ubi friget, huc euasit: quā pridem pater mihi & mater mortui essent: dico iā diu. Rus Sunij ecquod habeam, & quā longē à mari. Credo ei placere, hoc sperat se à me auellere. Et in Adelph. act. 3. scen. 3. Syrus ait. Est Herclē inepta, ne dicam dolo, atque absurda. Fdest ne mentiar, ne ex cōtrario dicere videar. Et apud Virgilium Laocōdum ait. O miseri quæ tanta insania ciues? creditis auctos hostes, aut vlla putatis dona carere dolis Danaū? quos dicat dolos subindicat inquis, aut hoc inclusiligno occultantur Achivi, aut hac in nostros fabricata est machina muros, aut aliquis latet error. Sed & illud quoque ad hanc causam non leue præiudicium est, quod veteres doli mali symbolum laqueum ponebant: quod in occulto tendantur insidia, laqueique, ut Pierius Valerianus

Valerianus est auctor, lib. 48. de sacris Aegyptiorum literis, & lib. 16. terrestrem scorpionum, doli hic rogliphicum esse ait: ob id nimirum quod ut est apud Sophoclem, & Nicandrum, occultè sub omni lapide insidiari solet. Vtrum igitur haecenus de de his rebus satis est? tibi quidem eruditissimo viro, atque acutissimo existimo. Verum & alijs apertissimis fundamentis, probare hoc ipsum tentabo. Ac primum dolum simulatione contineri, ipsum doli nomen ostendit, quod à dolo verbo graeco, id est fallo, ac decipio deductum Joannes Visorius probat. Undè dolon, in. l. si ex plagijs. §. tabernarius. ff. ad. l. Aq. ita enim legendum esse, ex Tranquillo, Servio, & Beroaldo, probant Budaeus atque Brissonius. Est autem dolon, flagellum, intra cuius virgam latet pugio, à dolo dictum, quod decipiat ferro, cum speciem ligni praferat. Deinde, si verum est, ut certè est, nullum dolum vindicari nisi eum, in quo sit & fraus, ut probatum est à Commiano lib. 5. comment. iuris civ. & Brecheo in. l. aliud est fraus. ff. de verb. sig. satis constat, fraudem commentis, simulationibus & imposturis constare. Semper autem dolo, fraudem esse, idem fatetur Ulpianus in. l.

in. l. iuris gentium. §. sed si fraudandi. ff. de pactis, igitur dolus simulatione continetur. Præterea si, ut vulgò dici solet, nec volenti iniuria, nec videnti dolus infertur, qui non ex insidijs petitur, sed aperto Marte, frustra de dolo queritur. Reseram quid de hac re Diocletianus & Maximianus Augusti Imp. Cyrilo & Ptolemaidi rescripserint in. l. cum donationis. C. de transact. Cum donationis seu transactionis causa administratae tutelae debiti scientes vos obligationem fratri vestro remisisse proponatis, nec vnquam volentibus dolus inferatur, frustra de dolo quaerimini. Nec ad implendum promissum hereditatis propriae, pollicitatione quisquam adstringitur. Nec obstat quod quandoq; et si nihil dolo partium sit actum, actio de dolo competat, ut in. l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. cuius species in hanc sententiam proponi potest. Si inter me & te conuenit, me obligatum iri dare tibi centum aureos si ante Cal. Sept. classis ex noua Hispania appulerit, deinde quod mihi per sua seris appulisse iam classem, conditio in obligatione praetermissa sit, competit mihi aduersum te doli exceptio. Idemq; dicendum est, si non tua fraude conditio sit praetermissa, sed quod ambo falso crediderimus

naues iam esse in portu. Ecce dolus sine partium simulatione. Ita est profectò: sed ego cum assero dolum esse, cum aliud agitur, aliud simulatur, non dico dolum esse cum actor aliud simulauerit, aliud egerit, aut reus. Sed dolum committi cum aliud sit actum, aliud simulatum. Ceterum non in contractibus solum dolum esse, sed & in re ipsa, iure consulti nos docent, ut et ex ipsius legis verbis liquido constat, quæ sunt huiusmodi. Si quis cum aliter eum conuenisset obligari, aliter per machinationem obligatus est, erit quidem subtilitate iuris obstrictus: sed doli exceptione uti potest. Quia enim per dolum obligatus est, cõpetit ei exceptio. Idem est & si nullus dolus intercessit stipulatis, sed ipsa res in se dolum habet, cum n. quis petat ex ea stipulatione, hoc ipso dolo facit, quod petit. Atq; hoc idem esse existimo quod iurisconsultus ait, in l. exceptiones. §. fin. ff. de except. Idem dicitur & si pro filio familias cõtra senatusconsultum quis fideiusserit, aut pro minore viginti quinque annis circumscrip-
to. Quod si deceptus sit in re, tũ nec ipse ante habet auxilium, quam restitutus fuerit, nec fideiussori danda est exceptio. Ita enim legendum

dum & Accursius innuit & probat Ant. Augustinus: quod non cernentes Holoander & alij, scripserat, quod si deceptus sit iure. Dolum autem in re esse, sic ego (nisi fallor) accipio, quando falsis, rumoribus, leuibusq; coniecturis aliud suadentibus quàm quod verum sit, creduli homines id efficiunt, quod nisi fallerentur, non essent acturi. Atque hæc quidem de doli mali definitione sint satis. Si enim de genere harum definitionum, deq; earum singulis verbis, nobis tractandum esset, finem disputatio nõ haberet. Sulpitij definitione ex materia & forma constare Apellus scribit, in methodica dialectices ratione ad ius ciuile accommodata cap. 1. Verba aut illa ex Labeonis definitione, calliditas, facilia, machinatio, explicat Alciatus in l. aliud est fraus ff. de verb. sig. Quia verò non solum in contractibus, sed & in iudicijs ac delictis, dolus solet interuenire, ut probat Lortotus in l. quod Nerua. ff. de positi multiplex esse solet eius apud iurisconsultos consideratio. Dolum enim alium bonum esse, aliud malum et l. 1. §. nõ fuit. ff. de dolo docemur et docuere Gellius lib. 12. noct. att. c. 9. Diu^o Augustinus tom. 2. ep. 29 ad diuum Hieronimũ. Valla lib. 1. dialectica. c. 10. Alci. reg. 3. presump. 27. Brisson^o atq; Hotoman^o de verbo-

DE DOLI MALI DEFINITIONE

de verborum, quæ ad ius pertinent significatione.
 Rursus aliud esse in dolo præterito, quod remitti potest, aliud in dolo futuro, quod remitti non potest
 Alciatus ait in l. actione. C. de transact. et in l. si quis in conscribendo. C. de pactis, & dicit esse communem opinionem Oroscius, in l. nulla pactione. ff. de pactis. Præterea aliud si dolus dederit causam contra etui, vel non dederit, ut admonent Duarenus in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obli. Oroscius in l. si cum te, & in l. dolo malo. ff. de pactis. Corasius in l. actione. C. de transact. & lib. 2. Miscell. c. 8. Deinde aliud si dolus interueniat in contractibus bonæ fidei, aliud in contractibus stricti iuris: hos enim exceptione rescindi, illos a principio nullos esse Duarenus scribit in d. l. si quis cum aliter. Postremo non idem esse in dolo præsumpto, quod in dolo vero, probat Corasius lib. 4. Miscell. c. 1. In omnibus autem his speciebus an is dolus sit, qui cautum hominem prudentemque, virum posset decipere, considerandum Corasius cæset, in d. l. si quis cum aliter, Alciatus contra in l. cum postea. C. de pactis, & in l. interpositas. C. de transactionibus, considerandum non cæset.

FINIS.